

R
3603

a 1547

Iste liber est Monasterij SS
Salvatoris et S Crucis in
Lollingen

R. XIV 1920: 4763

Dramata Sacra seu
Collectio tragœdiarum
a Veteri testamento
desumptarum ex diversis
authoribus excerptarum.
Basileæ 1547. in 8vo. Vol. 2.

Cette Collection est
recherchée et rare

Osmont T. 1. Diction.
typograph. et critique
pag. 251.

H-XIV A
14553
152290992

PROTOPLASTVS.

DRAMA COMICOTRAGI-cum, Hieronymo Zieglero autore.

PERSONAE DRAMATIS.

Deus, Adam, Eua,
Raphael, Gabriel, Michael, angeli.
Lucifer, Satan, Belial, dæmones.
Serpens, Cherub custos paradysi.

PROLOGVS.

SI quid uetustati sacræ debebitis
Vnquam, uiri spectatores, decernite
Ludo nouo, cui Protoplasto nomẽ est:
Quòd hic priores actionis continet
Partes Adam, unicus parens nostrûm omnium.
Veterem, atq; rem antiquam, nouam ad uos pro-
Animum ad id huc quod ego loquor con- (fero.
uertite.
Res digna uisu maximè, quanquam antea
Periculo proprio fuit notissima.
In hoc sumus cuncti quidem proscenio,
Et ludimus hodie, atq; longo tempore
Tractauimus, ferè illius satias tenet:
Nec huic quis insit finis nouimus.
Quanto magis præsenti luditur statu,
Tanto minus molestiæ dissoluitur.
Augescit indies Adami crimine,

Bibliotheca universitatis Dorpatensis 1920:4763

Qui nos ſuo lapſu grauis fecit reos
Noxæ, dolis Serpentis atq; dæmonis
Seductus, horti poſſeſſor tam ſplendidi.
Qui poſteros ſecum trahens miſere adfligit.
Nec ſpes fuit, niſi Dei per filium
Veniſſet in mundum ſalus. qui conterens
Mali caput Serpentis, almo ſanguine
Lauit, tulitq; originis peccamina:
Salutis autor omnium fidelium.
Sicut prophetarum ore dictum eſt antea,
Quàm uentre naſci dignaretur Virginis:
Gen. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda tribu,
Donec ueniat huc, qui ſuis mittendus eſt,
Et ipſe gentium expectatio fuerit.
Gen. 28. Poſt hæc ſub illo benedicentur ſemine,
Omnes tribus terræ ſacrato numine.
Agg. 2. En commouebo cœlum, ac terram, & omnia,
Deſideratus ueniet unus gentibus.
Mich. 1. Exibit è ſancto loco Dominus ſuo,
Deſcendet, & calcabit terram greſſibus.
Eſa. 35. Deus ueniet, & ſaluabit nos protinus.
Propter Sion tacebo nullo tempore,
Quieueroq; nunquam donec omnium
Saluator, ut ſplendor ueniat eius mihi:
Iuſtum uidebunt, gentesq; inclitum tuum.
Pſal. 131. Iurauit ipſe uerum, & non fruſtrabitur:
Pſal. 88. Eius q; ſemen permanet per ſecula.
Hic ille qui Serpentis contudit caput,

Adamq;

Adamq; reſtituit ſuis ſplendoribus,
Et nos ſequentes poſteros ſaluos facit.
Non fabulam damus, rem æquè cognoſcite.
Arbitrium ueſtrum, ueſtraq; exiſtimatio
Valebit, an ſit digna res tractarier.
Quod argumentum ſpectat, eſt ſanè breue,
Et omnibus uobis diu notum ſatis.
Quare pij ſitis futuri iudices,
In re bona, ac probabili, dubio ſine.
Quæ res mihi atq; uobis uertat optimè.

PERIOCHA.

Poſtquam creatus eſt homo primus, Dei
Manu, ſacri pomarij cuſtodiæ
Præponitur, quem ſumma rerum erat penes.
Dominatur omnibus ſuper uiuentibus
Terram. beata iungitur coniunx Eua.
Et unica ſub lege uiuerent, Deus
Sanciuit arboris ne fructus caperent
Scientiæ. Sed legis obliti ſtatim,
Mulier ex aſtu Dæmonis ſubducitur:
Malum rapit, guſtauit, & porgit uiro.
Hinc lapſus eſt Adam ſuo periculo:
Secumq; damnauit ſequentes poſteros.
Quare miſerrimi ſub orbe uiuimus.

SCENA PRIMA.

Deus.



COELI plagas postquam uagi
creaueram,
Terram rudem mox fluminis ca-
ui sinu (protinus,
Circumdedi, & lucem produxi
Quæ cœpit è cœlo statim lucescere,
Et terra claro cernitur sub lumine.
Quod cum bonum uidisse lætabar, diem
A nocte certo diuidens discrimine,
Cœloq; terras, & solo undas abscidi,
Vernare cœpit odore, & in medio nemus
Herbas uirentes prata per concrescier,
Fructusq; terra fertili de germine,
Et arbores iussi darent fructum suum.
Post hæc olympo clara fixi lumina
Quæ lucidam cunctis hanc mundi machinam
Facerent: diei Sol, & Luna noctibus
Præesset. statim fit unico uerbo sacro,
Quod iusseram breui momento temporis.
Cunctis aquis tum piscium dedi genus,
Et bestias terræ, simul cum reptili,
Surgunt uolatilia leui sub æthere.
Atq; uniuersa quæ forent uiuentia
Mouentur: astrorum diem cursus facit.
Mirantur Angeli cœlorum spiritus,

Et

Et me creatorem unicum esse prædicant.
Nec ulla stat regio suis animalibus
Orbata. spiritus tenent cœli gradus,
Et unda piscibus suo cedit loco,
Solum feras capit, uolucrium aer capax
Est factus, & sacro reguntur numine
Elementa quattuor suo sub ordine.
His expeditis, singulis animantibus:
Replete terram plurimo cum fœnore,
Dixiq;, Crescite, multiplicamini super
Eam, creator omnium uestrûm sum ego.
Et factum ita est, suaq; natura duce.
Hinc tu futurus quisquis es, cognoscere
Facile potes factum manu Dei mea,
Et qua regantur firmiter per secula
Potentia diuina, & sacro numine,
Quæcunq; cœlum, pontus, terra sustinent:
Nec fit sub orbe quippiam temere cauo.
Ego fide tangam quæuis uiuentia (nia
Tanta, ut per unum me, ex me, à me, in meq; om-
Fieri, creari, permanere, & insuper
Mori, interire, in nihilumq; redigi probè
Intelligant: soli mihi uiuant uolo.
Veruntamen nec mundus per sapientiam
Suam, Deum cognoscet autocratora.
Quare necessum est, sola intelligant fide,
Quæ facta sunt opere Dei mirabili.
In quo potens diuinitas cognoscitur,

Quòd ex nihilo sint uniuersa condita.
Quòd non erat, feci aliquid esset protinus.
Nec usus ullo sum instrumento, nec manu,
Sed unico uerbo, quod ore protuli,
Quod ante principium fuit, nec præterit,
Et tam potens uerbum, quod ex nihilo creet.
Dixisse nanq; sit simul facere, meum.
Igitur manu forti regam, custodiam,
Et cuncta conseruabo sacro spiritu.
Sed quis rudes plantabit hos nobis agros?
Hìc sanctius deest animal, & capacius
Mentis, quod & dominari posset cæteris,
Scilicet homo, simile cui nil factum antea.
Faciamus ergo hominẽ ad nostrã hanc imaginẽ.
De terra eum sumemus, & formabimus,
Vt discat unde ceperit uitæ suæ
Status, quid esset antea, & quid postea
Futurus, ex quo uel sit factus primitus:
Et quàm nihil sit sine diuino spiritu.
Nam quid superbiat puluis, lutum & cinis?

Nunc Deus facta ex luto figura hominis parua, proiectaq; ea, ex fouea præparata educit hominem, & in faciem eius inspirans, dicit:

En spiritum tuum uitalem percipe,
Ex quo sacræ rationis fias particeps.
Te fecimus puro quidem sumpto luto,
Ex pulueris globo. nunc uiuere incipe,
Prodi, pedes figas tuos, rectusq; sta.

Cunctis

Cunctis creaturis præficiam te nouis:
His ipse solus omnibus dominaberis,
Obedientq; tibi, cum propter te modò
Creata sint, hìc quæ sub sole uixerint.
Cætera creaui sine te, & ante te quoq;,
Ad gloriam maiorem nominis tui.
In belluis uestigium mei datur,
Sed in te imago uerè noscitur Dei.
In hoc triumphabo opere, & gaudeo nimis:
Igitur μικρόκοσμος pòst diceris mihi.
Sed interim terræ memento te leuem
Fuisse massam, spiritu tractabilem,
Quem de ore sufflaui modò in uultus tuos:
Vitam innocentem, puram ab omni macula
Pòst uiue fœlix, summa cum sapientia,
Cumq; reuerentia cognitionis Dei.
Non uestibus, uel ornatu alio quopiam
Opus tibi est, cui cuncta seruiunt quidem.
Angelicus & beatorum grex inclitus
Obambulabit unà tecum sedulò,
Et collocutor ego tuus semper Deus.
Nihil tamen superbias in hoc uelim,
Quia te ex leui terra membris coniunxerim.
Ego artifex, mundiq; rerum originis
Opifex: uide, cum terram spectent cætera
Animantia, os tibi dedi sublimius,
Cœlumq; cernere, erectos usq; ad sidera
Iussi, timore nullo, uultus tollere.

Hæc si probè consideras, tuum statum
Ter nobilem præ bestijs, at interim
Fragilem esse multum, protinus cognoueris.
Sequere: quid amplius uelim, dicam tibi.

SCENA II.

Raphael, Michael, Gabriel, angeli tres.

RA. Mirabilia sunt quæ facit Dominus Deus:
Quod cogitauit, hoc simul fecit sine
Mora, diebus sex, quies cui parua fit.
Cœlum parauit ceu tectum cultißimum,
Et pauimentum terra facta splendidum,
Possessio & opes eius sunt animalia,
Cum omni apparatu nobili terræ & maris.
Quorum omnium unus est homo dominus, Deo
Cretus, per eius unius potentiam,
Cui deest nihil, creata abundantißimè
Omnia: diem dixit Sabbatum septimum,
Ex quo laborum finis, & quies data est
Homini, creaturæ ter nobilißimæ.
MI. O qui dedisti fructum terræ, & imbrium
Creator omnem copiam, & posthac dabis,
Ex unico fecisti uerbo exurgere
Herbas, & arborum fructus suauißimos,
Vitæ necessaria, quibusq; homo indiget
Nunc plurimùm. Quis enarrabit omnia?
Quis facta comprendet Deus per singula?

Bonus

Bonus es, bonum facis, nihil quicquam mali
Operaris. ah quid amplius dicam tibi?
Author bonorum, non malorum, maximus.
Quæso quis illum corriget? cui displicet
Quod fecit? aut quis porrò praue condita
Dicturus est, hæc qui uidebit proximè?
GA. Nemo omnium uiuentiũ, quotquot erunt.
His insuper pius creaturis Deus
(Ne fortè dicerent caremus principe)
Hominem dedit, ad imaginem creatum suam,
Multò creaturarum nobilißimam.
Namq; hæc imago quid aliud? quàm lumine
Sacro Dei perfusa sapientia, boni
Iustitia, gloria exornata maximi.
Cui lepra peccati nullatenus fuit
Innata, nec rationis sensus prauior,
Purißimus rerum intellectus, optima
Memoria, uoluntas omnium syncerior,
Mortis metus nullus, morumq; puritas.
Sublimitatem spectemus sancti Dei
Authoris, & quo pacto talem fecerit.
Nam non potest leue esse, quod Dei manus
Confinxerit, flatusq; cœlestis regit,
Animauit in substantiamq; mobilem.
Quem cum faceret imaginis similem suæ,
Plenum atq; perfectum absq; fecit crimine,
Et dignitatem ualdè habentem in se sacram:
Qua cæteris præstans regit animalia.

Cui ſeruiunt quæcunq; ſub terra uigent:
At ipſe ſolus nulli, præterquàm Deo,
A' quo eſſe cœpit, æternaliter manens.
Vt imperaret mundo, & ſeruiret ſuo
Solum creatori, hunc tantum ſyncere amet,
Et cæteras creaturas compelleret
Parêre ſoli ſibi, nec non intelligat
Obedientiæ tantum debere ſe
Deo, ipſe quantum à cæteris expoſceret.
RA. Tãto eſt homo præ cũctis quoq; præſtãtior,
Quanto magis conſilio uſus Deus nouo.
Nam qui hactenus de ſingulis pauciſſimis
Pronunciaſſet Fiat, & factum eſt ſtatim:
Fructumq; terra proferat, mox protulit:
Nunc uoce mutata, ſedens laſſus quaſi,
Faciamus, inquit, hominẽ ad noſtram imaginem,
Et ecce factus eſt homo beatior.
Repleatur ergo os noſtrum laude perpetim.
Et magnitudinem illius tota die
Cantemus unà glorioſè ſedulò.
MI. Et hac neceſſe erat creatura quidem,
Cum nemo qui terram fœcundaret fuit,
Niſi uapor rigauit illam ſunditus,
Ceu ros ſuper campos ſparſus latiſſimos
Fœlicius florem producit graminis.
Quare creauit hunc Deus quaſi omnium
Rerum magiſtrum, principiemq; fructuum,
Terram ſuper, qui ſeminaret ſemina,

Coleret

Coleret agros, & imperaret omnibus
Animantibus, ſiquidem non rationalibus.
Nec hunc creauit fruſtra, ſiue ſimplici
Modo, nec ex quouis limo terræ nigro,
Sed candido, molli, leuiq; puluere
Formauit, & digitis manus ſacris ſuæ,
Fecitq; natura fragilem cum corpore,
Poſſit ſuperbiæ faſtusq; frangere
Stimulos, feroces diſcat animos ponere.
Modeſtiamq; quærat, poſtquam cogitat
Qualis, quis, & quantus primò, unde ſumpſerit
Initium ſibi: plaſmatorem Deum
Agnoſcat intimè, nec ſe perſiſtere
Credat ſua uirtute poſſe, corporis
Pulcherrimis bonis, uel ullis artibus.
RA. Quid uerò opus magni Dei beneficia
Referre longius? cum nil fecit malè.
Nec nunc tamen quieſcit ocioſior,
Operatur omni temporis ſui gradu.
Nec factus eſt ab æterno mundi globus,
Sed cepit eſſe nutu maximi Dei.
Et antè quid'nam fecerit, non nos decet
Scrutarier, nec eſt neceſſe ſcire nos.
Hoc ſit ſatis, quòd omnia bene facta ſunt,
Et nil melius eſſet per orbem conditum.
Fungamur officio noſtro, nobis dato:
Nec quæ ſuprà ſunt, anxij ſcrutabimur.
GA. Benè admones frater quidem, quare ibimus.

SCENA

SCENA III.

Deus. Adam.

DE. Ecquid placet mundi tibi ornatus noui,
Adam? quid ipse miraris molis grauem
Tantæ, altitudinemq; cœli sidera?
Nunquid uides quod nolis, aut quod tempseris?
AD. Domine, nihil non optimum quod feceris.
Et ecce me, quem condidisti proximè,
Præter meum consilium & præscientiam,
Qui certus huius uitæ æternalis siem.
Hinc melior est eo status præsens meus,
Quòd audiam, sciamq; te uerum Deum:
Et ita uocatus, & creatus in bonum
Finem, uoluntatis nutu uiuam tuæ,
Hominem quia ex terra creasti me Deus.
DE. Nunc uniuersa subdo denuò tuæ
Animalia potestati, & ipsa seruient
Soli tibi, nec alteri: dominaberis
Tam piscibus, quàm belluis, & reptili,
Cœli uolatilibus, idq; omni tempore.
Et quia tu Adam quicquam nihil solicitus es,
Ego rogatus nunquam prospexi tibi
In omnibus, quæ uita humana postulat,
Feci, dediq; in promptu essent nulla mora.
Ocia rogas, pacem cupis, solus feres.
Quos comedas habes cibos, quid uel bibas.
Igitur mihi quantæ sies curæ, uide.

Quid

Quid porrò opus mihi his, tuo quæ nomini
Subiecerim? uel quid uita indigeo tua?
Quam tibi dedi, quamq; aufero quando lubet.
Nam gratia uteris mea gratis data.
Nec posse te quicquam tuis ex uiribus
Confide, si me amas, manus opus es meæ,
Plasma es meum, Deus creator ego tuus.
Tibi meam rempublicam communico.
Sub te domum hanc nouam uolo disponere.
Habitaculum quoq; ordinaui commodum
Vt esset in mundo, uicem geres meam.
Subiecta sunt tibi, quæ uiuunt, omnia.
AD. Soli tibi subseruiam Domino meo,
Quoniam per unum te salus omnis uenit.
Meq; omnium rerum locasti principem,
Et imperare me uiuentibus
Animalibus, terramq; omniparentem super.
Nunc cuncta seruiunt mihi quoquo die:
Solus ego nemini subiectus uixero,
Nisi tibi meo Deo autocratori.
Bis igitur, & crimen duplex incurrerem,
Vbi minus pro dignitate debita
Deo meo seruirem, pœna dignior.
Cœlum tibi uestitur, & fulgoribus
Solis, dies sua uicissitudine
A noctibus cernuntur, aptis terminis.
Ornantur arbores sub frondium comis,
Et syluæ frondescunt omnes, floribus

Amœnus

Amœnus est campus, uirescunt pratáq;,
Edunt suos nunc iam fœtus animantia,
Parent tuo imperio, obsequia præstant sua.
Amnes fluunt, fontes suis scatent locis,
Maria coercenturq;, augentur ordine:
Nec fit sub orbe frustra quicquam concauo.
DE. Vide quid amplius boni parauerim.
Hortum elegantem fructuum præ copia,
Locum uoluptatis dulcis cultißimum,
Et omnis ignarum tristis molestiæ.
Hunc destinaui tibi sedem uitæ tuæ.
In hoc quasi custos relictus sedulò
Operaberis, quamuis labor nullus tibi
Erit grauis, solatio futurus est.
Et interim fideli ibi custodia
Tueberis, quæ culta diligentius
Sunt, his geres curam, coles hortum frequens.
Huc colloco te tanquam in arcem regiam,
Prouinciam hanc tibi administrandam dedi:
Vasallus es mihi, dominus feudi sum ego.
Et liberum est hinc egredi quando uoles:
Perambulare cæteras terras licet,
Spaciari in illa, cumq; brutis ludere
Tua uoluntate, & nihil deerit tibi.
Hæc in salutem præparauimus tuam:
Cuius uoluptate frui te concessimus.
Terrenus est quidem locus, sicut uides:
Nec conditus mundi extra terminos procul.

In quo genus ligni produxi multiplex,
Pulcherrimum, uisuq; delectabile,
Et insuper uesci multò suauißimum.
Hinc noueris plantantis diligentiam:
Cum deficit nihil, suoq; fœnore
Passim arbores fructus abundè proferant.
Et hoc tui solius factum est gratia,
Namq; angelis cœlum, sed paradysum tibi
Debebitur. Nunc unam obedientiæ
Collo tuo legem imponam, quo te mei
Cunctis diebus esse memorem intelligam.
De omni quidem ligno paradisi comedes,
Præter scientiæ lignum, boni & mali:
Quod hic in horti medio collocabitur,
Crescitq; suaui semper cum fragrantia
Quocunque enim die de illo gustaueris,
Morte effera morieris æternaliter
Subito, dolebis inq; conspectu meo.
Et hoc tibi signum est, te habere me Deum,
Qui possiem mandare, legem imponere,
Frenare cunctos mentis affectus tuæ,
Damnare, conseruare, aut prorsus tollere,
Hinc facile nosces, humanæ quid possient
Vires, tuum uel unde sumas uiuere:
An ex te ego, uel tu de me dependeas.
Nihil boni omnino tuis in uiribus
Fateberis fuisse, uel posthac fore.
Nisi quod à me habebis, & gratis datum,

Præter tuum meritum: bonitatem conſpice
Meam, Deiq; diuitias conſidera,
Quarum uſus eſt tibi datus legittimè.
Ego te in ſecreta conſili miſi mei,
Vnà omnium mecum futurus particeps.
Fons largus ortus eſt tibi ſalienti aqua,
Ex quo ſuum ortum lata ducunt flumina
Quatuor, ad irrigandum mundi terminos
Omnes, nec unquam deſinunt prolabier.
His ipſe fine fine frueris ſplendidè,
Multa uoluptate irremiſſibiliter.
Reſtabit, ut cunctis animalibus ſua
Des nomina: & quo uis uocabis nomine,
Vocentur uſq; in ſeculorum ſecula.
Et ecce coram te ambulant pecorum greges.
Abi cito: quod iuſſi, fiat ordine.

AD. Domine, uide paratum me uotis tuis:
Tuus quidem, tuoq; uiuo munere.

DE. Bene facis, ubi cognoueris qualis ſies,
Aut unde uitam ſumpſeris primus tuam.

SCENA IIII.

Adam.

AD. Ecquis meæ finis uoluptatis poteſt
Nunc eſſe, ſub medio deliciarum? uide,
Nihil tibi deſit, ſolus quem diligat
Deus, manuq; cuius ſic compactus es
Homo, tuis meritis nullis, ex gratia
Mera,

Mera, nec hoc contentus, inſuper mihi
Hortum parauit elegantem maximè,
Frugumq; copia prædiuitem nimis.
Cuſtodiamq; commiſit ſoli mihi
Huius, quid amplius? dedit legem unicam,
Ne commedam de uitæ ligni fructibus.
Seruabo diligenter, nec neceſsitas
Vrget, ſub illa rerum opulentia omnium,
Tranſgreſſor ullius mandati ſim Dei.
Quid debeam porrò patri, & Deo meo,
Agnoſco, ſeruitutis omnis debita:
Deniq; meam uitam, qua nil eſt dulcius.
Nec hoc ſatis futurum pro tantis ſuis
Beneficijs, quin gratulationibus,
Et laudibus cantabo magnificentiam
Eius, nec unquam deſinam, dum uixero.
At tanta beneficiorum multitudo me
Vincit, meosq; ſenſus auferet ſcio,
Et cogitationes rumpit funditus.
Et ſi oris obſequia totum tempus tenent,
Præterq; laudes concinent aliud nihil,
Et gratiarum inſiſtat ſedula actio,
Nunquam recompenſabo minimum quod foret.
At hoc agam, quicquid mihi mea fragilitas
Aufert, pia id deuotio cum fœnore
Reddat, ſua mera coniuncta gratia,
Eius Dei inquam, qui dedit mihi uiuere.
En ſolis æſtus me premit, laſſum facit,

Hinc iam parum natura dormiturio.
Igitur lubet uiridi pauliſper gramine
Dormire, ſtratis hac ſub umbra corporis
Membris, aqua currente dulci proximè
Sono, leuem ſomnum ſuſurrus incutit.

ACTVS SECVNDI.

SCENA PRIMA.

Deus. Adam.

DE. Nihil, quod orbi deſit, eſſe cernimus,
Proto q; plaſto cuncta ritè ſeruiunt,
Poſthac nec illi quicquam defore arbitror.
Ornatus omnis mundi perfectiſſimus
Conſtabit, & uirtute ſacra firmior
Semper mouebitur ſuis in terminis,
In commodum uiuentium perenniter:
Cunctis homo dominabitur, tanquam ſuis
Et ſubditis, & ſeruitoribus quidem.
At eſſe ſolum hominem in terra non conuenit,
Nec eſt bonum: quid ille nam ſolus facit?
Iungamus ergo illi ſuum adiutorium,
Simile ſui, rationis atq; particeps,
Tanquam uir eſt, niſi quod inter ſe ſiet
Vtriuſq; ſexus quædam differentia.
Hic uir manet, ſed illa mulier ſit, decus
Viri, ſuppellex q; omnium puriſſima.
Ex his mihi duobus humanum genus

Sancta

Sancta propagetur ſobole terram ſuper.
Namq; ex uiro maritum ſolitario
Faciam, daboq; coniugem legittimam,
Vt de ſuo producant prolem ſemine.
Eſt etenim homo præſtantior ſubſtantia,
Quàm terra, cœlum, uel ſub illis quicquid eſt:
Beatitudinis futuræ gloriæ,
Et inſuper diuinitatis particeps.
Quid? belluis perliberaliter data eſt
Generationis cauſa, iuncta ſocietas:
Et hac homo carebit ſolus omnium?
Nihil minus. Quamuis Adam quæ ſunt opus
Habet, tamen quod optimum eſt, hunc deficit:
Donum, puta, ſibi gignendi liberos,
Amoris & ſucceſſionis pignora,
Connubiiq; dulce uinculum ſacri.
Nec hoc habebit unquam, ſi ſolus manet
Sine ſocia uitæ, quæ ſola fœmina eſt.
Nec illa ſit tantum uiri adiutorium,
Sed inſtrumentum, quo uir utitur, ſacrum,
Terræ plagas complendi prole gratia,
Turbamq; ſanctorum repletam reddere.
Quare grauem ſomnum dedi, quo longius
Dormiret ingratis Adam, nec ſurgeret.
Quoniam meorum operum, neceſſe non erit,
Exactam homo rationem intelligat ſtatim:
Quantum ipſe uel uigilet, quantumuis expetat.
Hæc ſcire non oportet illum ſenſibus,

Qui sunt foris: hinc illos somno clausimus.
Sub mente uigilans noscat ea, sibi est satis:
Posthac id etiam quod nescit, resciuerit.

Deus eripit Adamo costam ex latere, dicens:

Ex osse duro protinus fiat caro,
Et unà discernatur in carnem duplam,
Sic, ut tamen duo sub uno mentium
Versentur usq; affectu indissolubili
Connubij postquam leges iniuerint.
Heus surge, surge tandem, Adam expergiscere:
En hic tui simile, nisi quod fœmina est.
Hæc sit soror, consors perennis gratiæ.
Hanc do tibi, propiamq; coniugem dico,
Maritus illi sis fide constantior:
Quam procreandi liberos causa dedi.
Sumptam è latere tuo, tuisq; ex ossibus,
Primum tibi adiutorium, solatium
Certissimum feci, ut foret semper tibi.
Quid porrò opus costa fuit ad hanc rem mihi,
Quando licebat hanc simili tecum modo
Sub temporis creare nulla instantia?
Verùm caro de carne nata gratior
Venit, paritq; semper insolubile
Amoris & amicitiæ sacræ uinculum.
Deniq; quid ipse coniugi debes uide.
Et quos ego iunxi, nec quisquam separet.
Benedictio mea prouehat connubium

Vestrum,

Vestrum, simulq; castior Genius torum
Defendat: insuper multumq; crescite,
Replete terram, multiplicamini nimis.
Nec in labore sociam habebis, nil opus
Sudore uestrarum manuum: quin liberis
Operam propagandis dabitis, & mutuò
Amabitis, solum his uoluntas mea posita.
Adijcientur affatim quibus opus est.
Ego uidebo (nam curare frustra erit
Vos) si datam legem meam seruabitis.
AD. Ex ossibus meis hoc os, & mea caro est.
Quare uocabitur uirago nomine,
Quod ex uiro desumpta, pars uirilis est
Carnis mulier. at imperfecta dicitur
Caro uiri, quæ per sacrum connubium
Perfecta redditur, suoq; cum uiro
Fit una, quæ diuisa partibus fuit.
Nã propter hãc relinquit homo matrẽ et patrẽ,
Et huic adhærebit soli charissimæ:
Quòd sint duo facti sub uno corpore.
Ita nunc fit inter nos inseparabilis
Amoris, atq; affectuum coniunctio.
Et bestijs Domine dedisti fœminas,
Suum genus quo conseruarent longius.
Nunc bene facis, qui nos simul respexeris,
Vt posteros tibi relinquamus Deo,
In testimonium profundæ gratiæ
Tuæ. Mea hæc est uxor, & mea permanet.

SCENA II.

Adam. Eua.

AD. Dilecta coniunx, consolatio mea,
Veni, mihi adiutorium à Deo datum.
Ecce hic uoluptuosus est nostræ locus
Habitationis, plena uita gaudij
Futura nobis, quæ nec unquam deficit,
Augescit imò (fine nullo) plurimum.
Quid dulcius fructu? quid est pomario
Vel pulchrius, magis ue delectabile?
Hæc cuncta sunt potestati nostræ data.
Quid nam rogo pote esse glorioſius
Hac sorte nostra? qua beauit nos Deus.
En bestiæ terræ, & uolucres blandulæ
Deseruiunt nobis, doctæ acquiescere
Tam iußibus nostris, quàm nutui Dei.
Quod maximum porrò est, tuos hic liberos
Dolore nullo enixa sufferes diu.
Partus leuis futurus, educatio
Facilis, & ingens liberorum copia
Nascetur ex te matre fœcundißima,
Benedictione maximi sacra Dei.
Tu mihi domus, refugium, mansio mea.
Merumq; gaudium, quò sæpe conferam
Me, quando natura utriusq; postulat.
Parêre soli uni Dei legi decet,
Ne nos uoluntatis suæ promptißimæ
Oblitos esse sentiens, ac puniat.

Hoc cogita, mulierem honestam nunc sui
Fulgere gloria mariti splendidè.
At quid mihi est, quod non idem tibi siet?
Quid poßides, quod non pariter fiat meum?
Adeò nihil non inter nos commune erit.
Labore nullo eges, cum crescant omnia
Sua quidem sponte, & semper perenniter.
EVA. Hem mi uir, edoce Deus quid iusserit.
Talem me habebis, qualem optas permaxime.
AD. Ergo uide. Ex omni ligno licet edere,
Excepto eo quod in medio pomarij
Crescit, scientiæ boni & mali ferens
Pomum, suaq; cæteris dulcedine
Suauius, sicut uidetur proximè
Spectantibus: plenum tamen periculi.
Hoc est Dei mandatum, serium nimis:
Quod integrum seruari à nobis postulat.
Quare mea uxor, sis memor dicti mei.
Nam quo die quicquam ex eo gustaueris,
Morieris atro genere mortis funditus.
Habes amœnas arbores, & fructuum
Plenas, graues, curuasq; dulci pondere.
Sume hoc, placebit: gusta, delectabile
Malum est. EVA. Nec ullum credo dulcius fore.
AD. Deambulabimus per horti terminos
Paulisper hic, quas delicias habet uides.
Varijs en ornatum solum coloribus
Florum, quid esse amœnius quæso potest?

Viride ſub ipſo pratum ridet gramine,
Multæ feraces arbores cum frondibus
Stant, eriguntur altius, pendentibus
Folijsq; placidas umbras è puriſſimo
Aere miniſtrant ſuauius recubantibus.
Ex fonte liquido proruunt dulces aquæ,
Argenteis uadis, & alueo cauo,
Scaturiginis miræ, tinnitu quopiam,
Faciliq; flexu prata rigant omnia
Campos inundant riuulis pleniſſimis:
Nec ſiccitatem ſentiunt, nec inſuper
Fluidus liquor campis nocet uiridantibus.
Audi nemus uolucrium canentium
Sonare dulcius melos, altiſſimo
Gutture, dies noctesq; reſonant arbores.
Quid eſt opus multis? habemus ſidera
Propinqua nobis ſemper, & Solem aureum
Sub circulo maiorem uiſu ſplendido,
Lunam magisq; candidam, nunquam uagam.
Splendentibus puris radijs luceſcere
Cœlo uidemus clara noctis lumina.
Hic eſt ſerenitas, ab omni turbine
Quieta, tempeſtatibus, nunquam madens
Aer, grauisq; nulla ſurgit æthere
Pluuia, uel in alto cœli corruſcatio.
Hic nulla regnat cura multum noxia,
Securitas, & ocium, tranquillitas
Integra manet, pax ſempiterna cœlitus

Demiſſa

Demiſſa uires uſq; corporis fouet.
Tum collocutor unus eſt nobis Deus:
Præſentia cuius lætantur omnia.
Noſtri miniſtri ſpiritus cœli, cohors
Angelica ſeruit diligentia ſua.
Et ne uager per infinita longius,
Incomparabilis data eſt felicitas
Nobis. Quid amplius poteſt facere Deus?
Quid non dedit duplici ſuis cum fœnore?
EV. Hem mira, mi uir, cernimus nutu Dei.
Hic ſumma uirtus, petitur hac cœlum uia.
Tanto uoluptatis theſauro nos frui?
Studio Dei, ſummaq; diligentia.
O quanta erit beatitudo poſteris
Noſtris futura, quanta tum poſſeſſio
Datur bonorum, quis poteſt finis precor
Fieri ſub his opibus? huc qui deduxeris
Nos gloriæ plenos, tibi ſit gratia.
Qui nos tuos elegeris, nihilo creans,
Vitamq; iocundiſſimam largitus es.
Quid non tibi debemus omnium patri?
AD. Quid? quo loco morentur uidiſti greges
Animalium, uel quo modo per paſcua
Errent feræ? ſequitur ubi uſq; maſculam
Mas, lege naturali, amor docet uiam.
Hic creſcit utriuſq; proles plurima
Sexus, cauus repletur orbis terminus
Viuentibus animalibus uarij ordinis.

Vbi sunt? uidere gestio. duc protinus
Me: nulla satias pectoris tenet intima,
Cor mihi salit præ gaudio, quando licet
Videre, tu tamen decus domus tuæ,
Et coniugis sacrum columen omni loco.
AD. Veni, uidebimus, licet quod postulas
Præstare primum, non erit uotis opus.
Aderit creator, qui pedes nostros regat.
Nec fera nocebit ulla, quamuis pessima: (quar.
Quib. imperare nostrum erit. EV. Abi præ, se-

SCENA III.

Lucifer. Belial. Sathan.

LV. Liuoris atri rumpor impetu miser,
Nec quo diutius modo inuidiam pati
Possim inuenio, conditionis nostræ memor.
Deperditi, cœloq; pulsi funditus,
Nec quo gradu ascensus daretur scibimus.
Quis nam iste, nostri generis exitium, ac lues?
Quis tam potens sua manu casum parat?
Vnus creator, generis humani sator,
Et conditor mundi, arbiter mali & boni.
Pudet profectò ob noxiam tam paruulam
Nos ire deiectos, dolor me maximus
Tenet: recordor quando nostræ pristinæ,
Et obsoletæ gloriæ fit mentio,
Nec ceptus unquam cedet ex animis furor.
Vlciscar hanc iniuriam nouo dolo.

Possessor

Possessor horti regnet? hunc tantæ domus
Fortuna sequitur clara, spretis omnibus
Nobis, Homo puluis, cinis leuissimus?
BEL. Nec nos iuuat præterita uerbis plurimis
Memorarier. sententia lata semel,
Superbiæ dedimus graues pœnas: satis
Contemptui cunctis sumus uiuentibus.
SAT. Quid tam molestè tulerit, omnes nouimus.
Cum dicerem, Ascendam in locum cœli sacrum,
Meumq; ponam solium, sede qua lubet,
Super astra maximi, superq; nubium
Longe altitudinem, similis altissimo
Ero: sed ipse fregit omnem mentium
Spem, cuncta nutu qui regit suo omnia,
Deiecit usq; in Tartarum, tenebras graues,
Et segregauit nos ab angelis suis:
Hominem creaturam nouam sibi eligens,
Exaltat illum super omnes choros sacros.
LV. In quem quid ego possim, uidebo protinus.
Inueniam, ubi referam parem illi gratiam.
Captare prædam posse me spero quidem,
Industriæ uires dolus dabit malus,
Struere docebitq; homini iam fallacias.
BEL. Quid ergo faciendum putatis optimi
Socij, quod homo molestius posthac ferat,
Quando uidebit ire se deperditum,
Humana gens, intercidatq; funditus?
SAT. En quæ uoluptatis genera homo possidet,

Animal

Animal luto facili creatum primitus,
Et tanta possidere dignum gaudia?
Tot & frui delicijs sine cura decet?
BEL. Hæc res, ubi neruos tuos extendere
Possis, data est, excogitataq; accingere.
SAT. O Lucifer, summa ad te solum nunc redit.
Feremus hunc diutius uersarier
Inter sacros horti fructus, magno malo
Nostro? nihil minus. uide quid debeas,
In hoc saluti publicæ, solus potes
Vlcisci, & illi auferre tantum gloriæ.
BEL. Qui si statu præsenti saluus permanet,
Quis omnium nostrûm similis illi foret?
LV. Iam cogito. Hem falli quibus habeo potest:
Sola superbia, & maioris gloriæ
Spe, si Deum sese futurum crederet.
SA. Heus, non uirum tentabimus, mulier erit
His rebus aptior. uiri ingenium, scio,
Flecti nequit, frangi potest muliere duce.
Proinde antequam se firmet, aut uires paret,
Mulier petatur plurimis & sedulò
Tentationibus, parta est victoria,
Si quid modo suadebimus tanquam bonum:
Peribit ipsa prorsus, & perdet uirum.
BEL. Constantior multo uir est, quàm fœmina,
Quem si nihil mouet, tamen mulier mouet
Blanditijs, solum hoc quibus capitur genus.
Quid si prior suadebis ipsi fœminæ,

Fructum à Deo uetitum, saporis optimi,
Et esui esse cæteris uel dulcius?
Qua lege transgressa Dei, pœnas luent
Inobedientiæ suæ nimium graues:
Deus scio quòd nil inultum sufferat.
LV. Rectè mones. Et qua uia primum aggredi
Hanc debeam, noui. comes Serpens erit:
Qui callidus magis quidem quàm cætera
Animalia, quibus solus homo mandare habet.
Eo utar instrumento ad hanc rem quam paro.
Hunc ego subornabo. nam tentandum est nefas
Atrox, nec unquam scelera ulciscimur, nisi
Vincamus. & quid esse tam bonum potest,
Quàm si mulieri suadet, utq; commedat
Ex arbore illa quam Deus fecit sacram,
Et præbeat pomum uiro, communicans
Tantum boni, fiatq; pœnæ particeps.
Et quid loquatur edocebo callidè,
Subijciens uerbumq; uerbo proxime.
Serpens ad hanc rem maximè fit commodus,
Pulcher, bonus, benedictus est, & amabilis
Præ bestijs cunctis super uiuentibus
Terram, insuper quo cum libenter uictitat
Homo. nec est dubium, facit me compotem
Voti. uidebitis statim quid possiem
Facere, quod ex usu futurum est omnibus.
Quod si fit, ipse res meas probissimè
Constabilisse puto, nec aliquid conquerar.

At singulari industria est opus tibi.
LV. Quin nouimus, mandata quæ Deus dedit.
Audiui enim auribus meis cum diceret,
Ex fructibus pomarij cunctis licet
Edere tibi, præter quod est sub hortuli
Medio: sacrum quoniam mihi lignum illud est,
Et integrum manebit omni tempore.
Sed si tibi legem datam neglexeris,
Morieris, & mors pœna sceleris est tui.
Hinc lege fracta, extemplò in exitium ruunt,
Et gloriæ summo gradu mox excidunt.
BEL. Ita est: age omnes aduoca, si deficis.
Nullum scelus putabis, aut fraudis locum:
Nil non licebit tibi, licet ulciscier.
Quicquid potes, nunc perge, nunc aude, incipe:
Et quod minus potes, cito nos inuoca.
Struantur omnis generis impij doli.
Fortuna caußam, qua uolet, nostram premat.
Tibi id negocij datur, præsta uirum.
Quod si redieris uictor nobis, ecce tum
Læti triumphabimus, & ingens gratia
Debebitur soli tibi, præq; omnibus.
Abi, futuri seduli tecum sumus
Consilio, & ipsa re, quando usus postulat.
LV. Eo timere non opus uobis erit,
Inuidia mihi lætam dabit uictoriam.
Forti manu deijciendi sunt mihi,
Qui glorioſi partibus mundi imperant.

Id uero est quod mihi puto palmarium,
Numen meum iam fiet implacabile,
Sursum deorsum cupio cuncta subruant,
Modo pares damnatione effecero
Mihi, penes quos summa regnorum est satis.
Et ecce sola nunc uenit deambulans:
Hanc alloquatur ipse Serpens protinus.
Vah, quàm sibi pulchrè placet, mala bestia.
I, quid moraris tardius? Serpens, face
Tuum modo officium, beneq; cedet tibi.
Huic obuiam procede, quid uelim tenes.

SCENA IIII.

Serpens. Eua. Lucifer.

SER. Cur te, mulier, hic conspicio solã, obuiam
Fieri mihi? maritus ubi ceßat tuus?
Quò te pedes? uel quid dubia circumspicis?
EV. Ego ambulandi gratia foràs eo,
Vt qualis eßet hic status cognoscerem
Rerum: uiri progressus sum uenia mei,
Iußitq;, mox redeam domum: nocet mora.
SER. Dic quæso, quid ualetis in pomario
Voluptuoso, fructuumq; copia
Tanta? placet ne cultor horti tam boni?
EV. Quid ni? per illum enim patet cœli uia.
Deest nihil nobis, parata cuncta sunt,
Quibus necesse uita nostra habet: cibi,
Potusq; copia est abundantißima.
Cur igitur hic male uiueremus cogita.

Ex arborum fœcunditate colligo
Quoscunq; fructus optimos: una tamen
Quæ ſtat ſub horti medio, interdixit Deus,
Ne ueſceremur ex ea, niſi citò
Vellemus omnium mori miſerrimi.
SER. Quare Deus priuauit huius arboris
Fructu, creaturam tam nobilem?
Cur non facit participes omnium magis,
Quæ ſunt in hoc loco (nefas) creſcentium?
Spectare conceßit, frui uetuit quidem.
Quæ porro uobis utilitas, uerſarier
In copia tanta, nec hac frui dari?
Igitur dolor tum naſcitur maior, quia
Oculis uidebitis quidem, ſed tangere
Nulli licebit omnium uiuentium.
Putas' ne poſſe perpeti diutius
Vos? credite mihi, ipſum Deum nil ſeriò,
Præſertim in hac re prohibuiſſe, quod ipſe non
Poſuerit ad iudicium, in arbitrium quoq;
Veſtrum. quid ipſe curat hæc? uel commedas,
Vel non? Sed hic uni timet ſcientiæ
Boni maliq;, ſi ex eo guſtauerit
Ligno uir, aut tute, futuri maximi
Dij, qualis ipſus eſt, ſcientes omnia.
EV. Nec nos decet ſimiles Deo eſſe, fragiles
Cum ſimus homines, & creatio illius.
SER. Quî poſſet in Deum cadere tantum mali
Liuoris, ut priuaret uos ſapientiæ

Tanto bono? EV. Nulla in Deum poteſt, ſcio,
Inuidia cadere tanta: ſed quicquid facit,
Id noſtri amoris fit cauſſa, ne nos fera
Mors opprimat, uitamq; noſtram perditam
Reddat. SER. Nequaquam fiet hoc, moriemini
Nunquam, ſed incipietis multo ſanctius
Viuere. quia Deus nouit oculos omnium
Protinus apertum iri: quare eius arboris
Fructu quidem interdixit, ore callidus.
Dijiudicabitis bonum, & deniq; malum
Quid ſit, uel unde poßit illud naſcier.
Confide, guſta, crede mihi, non pœnitet
Me tibi dediſſe hoc conſili, nec te piget
Obtemperaſſe conſultori commodo.
Nec in uirum peccabis ipſa plurimum,
Si quando participem boni tanti facis.
EV. Nunc ſi aquieuero, ſtatim legis Dei
Oblita, fecero uiro quod diſplicet.
Nam ſolus eſt qui me uoluntatis ſuæ
Obtemperantem fecit, atq; obnoxiam
Legi ſacræ, quam docuit ipſus integrè.
SER. Ah ſtulta, quid legem times, quæ nil nocet.
Neſcis quod omnes arbores plantauerit
Veſtra quidem cauſſa, nec alterius, quia
Nemo eſt adeò ſimilis Deo. & quò nam modo,
Tam dulcis arboris fructus (quibus nihil
Vel creſcit unquam ſuauius, magis'ue nil
Salubrius) prohiberet inuidus nimis?

In beſtias terræ poteſtas integra
Vobis data eſt, & interim ne fructibus
Veſci liceret ſingulis? quod creditu
Difficile, quim potius apud te cogita,
Quando omnium rerum Deus conceſſerit
Vobis poteſtatem, quid nam ſecluderet
Vnius arboris fructus dulciſſimos?
Is ſi dedit pecori, latè dominarier,
Et omnium crescentium ius strictius,
Sine dubio uſum quoq; dedit uobis bonum.
Nec ipſe fruſtra quid, ſcio, creauerit,
Quin commodo uitæ futuræ creſceret:
Ita neq; pomo ueſci delectabili
Prohibuit. igitur hoc à Deo factum nihil
Puta. Quod hic creſcit, hominis proprium fuit
Semper, nec eius iuris eſſe deſinet.
Ah ſtulta, nimis ignara conſili Dei
Es. ſequere me, Genius tuus bonus ſum ego.
Tuæ ſalutis gratia uenio, tibi
Vtile dabo conſilium, nil cauſſa mea:
Verum miſertus ſum tui, te libero
Omni metu, uera ſolicitudine tua.
Quare tibi conſilium quod uerum dedi,
Animo bono, fortiq; nunc amplectitor.
Lex illa quam tulit Deus, non hoc modo
Intelligi debet, quaſi ſtrictiſſimam
Voluerit illam ſeruari, nihil minus.
Edite: quid hæc arbor nocere quiuerit?

EV. Hæc lex obedientiæ ſignum datur.
Nec pomo opus adeò eſt, nam creſcunt plurimæ.
Hic arbores, ueſciq; commodiſſimæ.
SER. Bene eſt, ſed interim ſub horti terminis
Huic ſimilis arbor nulla creſcit omnium:
Nec ulla tantum gratiæ ſub fructibus
Habet, nec eſt aliud genus uel ſuauius
Ligni. Taceo, quis huic color ſit exterus.
Intus uiget uirtutibus, mirabile
Dictu, futuri Dij quàm primùm paululum
Guſtabitis, nec ulla te ſatias capit
Eius ſcio. Quid ſtulta ceſſas? accipe,
Quod maximè cupis. ſalua es, ſi modo uoles.
EV. Si commedo, morior cito, certò ſcio.
Hinc quod cauere poſſum, ſtultum admittere eſt.
SER. Adeò tyrannum eſſe. atq; crudelem Deum
Putas? ut ob pomum guſtatum te occidat?
Vah ſtulta mulier, cur creaſſet uos, rogo,
Si uellet occidere momento proximo,
Ob noxiam q; paruulam? Quin age rape.
Quid ante rem ſubſidis? audendum eſt, age,
Guſta, moneo quod optimum uobis erit.
Quid nunc moraris ſtulta? quid dubitas diu?
Quod eſt in ipſo ſcelere præcipuum nefas,
Hoc ipſe ſexus excuſat: mulier facit.
EV. Et ſi licet, quid ſentiam, mihi dicere,
Eſt elegans pomum, atq; delectabile
Viſu nimis, dulciſſimum guſtu arbitror.

SER. Ita est, uide, uerum tibi prædicier
Intelliges. EV. Credo, & scio: quare statim
Experiar, ubi primùm introgressa uidero.
SER. Hoc fac, & inde cum uiro suauius
Viues, mihiq; gratias magnas ages.
At quo citius, hoc fiet ipso gratius.
EV. Iam nunc eo, degustatura paululum,
Quis insit huic pomo sapor, properandum erit.
SER. Isnè: ego te, ut digna sis, tractauero.
Malis nocebo, quibus opem quæris tibi,
Tu'ne fruaris ibi uoluptate optima?
Dum nos profundæ claustra laxamus Stygis,
Nunc uos, penes quos summa regnorum est, atras
Inuisere decet umbras, implacabile
Ditisq; numen deprecari perditos.
LV. Expecto quo pacto meæ processerint
Technæ: studeo perdere uirum, cum muliere.
At at, uide, quis est: bene est. Adam uenit.
Habeat quid hæc sermonis, auscultauero.

SCENA V.

Eua. Adam.

EV. Vix posse me expectare, donec uenero
Ad arborem scientiæ boni & mali,
Credo, quod adeò illexit Serpens hic meam
Mentem mihi, fructus cupio: gustauero,
Et deferam uiro. Vah quis' nam affectus abstulit
Mihi me? nec ille uiribus potest premi.
Ita meus animus tabescit mirabili

Magis

Magis atq; mage desiderio graui. uide
Hæc arbor est dulcissimi fructus bona.
Decerpere hoc malum placet, quando licet.
Nescio quid animus sperat, & solito amplius,
Supraq; fines cogitatus nunc tumet.
Sed grande quiddã est, ita sic hoc anime incipe.
Heu quàm suauis est fructus? quid dulcius
Quàm hæc poma mitia, & saporis optimi.
Vno hoc iuuabit uescier, nec cæteris
Totius horti fructibus: hanc eligo
Mihi arborem, reliquas facio prorsus nihil.
Quod si antea id scissem, tantam dulcedinem
Inesse malis his, edissem protinus.
Nec ipse Serpens falsa dixit, ecce me,
Non morior, ergo mox marito impartiam.
AD. Quid agis mulier? heus quàm diu cessas mea
Tu? EV. Mi uir, ego tua sum, redeo quod iusseras.
Deambulare uix satis mihi datur.
En arbor illa dulciora cæteris
Fert poma, si scires. Quid amplius tibi
Dicam? boni maliq; simul una hæc habet
Scientiam, reconditam sub fructibus
Suis. Vide quàm sit coloris splendidi.
Gusta, rogo, mi uir, nec ipse dulcius
Quid commedes. si modo me amas, quin accipis?
AD. Hem quid iubes? insanis: aut nescis Deum
Hac arbore interdixisse, & grauissimè
Ne uesceremur prohibuisse plurimis

Verbis? & ipsa nunc contrà faciam iubes?
Vide quid hic agas, quid fiat deniq;.
EV. Nihil quidem, nec seriò prohibet Deus.
Futurus es tanquam Deus, sciens bonum &
Malum, nec ipse plus timebis postea
Ne mors inopinatum supprimat. uiden'
Me liberam periculis mortis feræ?
Ede, mi uir, haud me pœnitet tanti cibi.
AD. Quis hæc tibi monstrauit, aut dixit prius?
EV. Serpens amabilis, Serpens subblandulus.
AD. Et quando uis faciam, tuiq; gratia
Gustabo: nam delector illo plurimum.
Dulcissimus, nimisq; delectabilis
Est fructus hic. Hem qualis est mutatio
Hæc sensuum meorum? externorum quidem,
Oculi recluſi pœnitus sunt. Vah quid facis
Mulier? quid ascultauerim? ô quàm dolet,
En perdidisti utrumq; nostrûm funditus,
Nisi melius aliud Deus dispiciat, ah
Perimus ipsi. nuda cernis corpora?
Vbiq; pudet nudos (malum) hic incedere. (ra?
EV. Quid? AD. Nõ uides nuda esse nostra corpo
EV. Video: pudet, quod antea nil aduertimus.
AD. Imago mortis errat ob oculos meos,
Et membra pallidus timor mea occupat,
Quod est in isto scelere præcipuum nefas,
Hoc ipsa fecisti: dolo capta es malo.
Diabolus ubi blanditur, captatum uenit.

Nostros

Nostros dabis perductos in laqueum pedes.
Cui tanta credes? Quis fidem pacis dabit?
Mandata negligis Dei, spe pessima,
Hoc facinus ingens ausa, nunc rapta in scelus:
Hinc omne cladis mutuæ fluxit malum.
Per regna mœstus exul errabo uagi
Orbis, nec est quo me licet defendere.
Pars nulla nostri tuta ab insidijs uacat.
Væ mihi, Deum timeo nimis quem offenderim.
Decepta coniunx, imperij quassa est fides.
Custodiam amisi hortuli suauissimam,
Ob paruulas uoluptates, muliere duce.
Membra ægra, dubius sanguis est, certi nihil:
Nil, quod doloris capiat accepti modum.
Nulla est relicta spes, nec ulla uenit salus
Regno meo, pro uita nunc mors imperat.
Hem, qua siem fretus, quæ me coniecerís
In hunc statum ex re tranquillissima malum.
An non futurum hoc esse prædixi tibi?
Quid merita? sed tempus cauere mihi modò,
Haud te, mulier, ulciscier procax sinit.
En quò redactus sum? tantis nunc excido
Bonis, Deiq; legis trangressor uocor:
Qui liberaliter fouit me sedulò.
Doloris & laboris expertem dedit
Vitamq; longæuam, perenniter bonam:
Pro qua relictus flebilis gemitus mihi.
Quàm facile possem, si hæc quiesset, uiuere.

Quæ iam parata est, scelere linquetur domus.
Tremenda cœlo pariter ac terris mala
Conspicio miser, ah grauior exurgit dolor.
Euersa spes est funditus, regna occidunt
Hæc nostra, nobis nulla restabit fides.
Ah quòd nefandas hauseris statim dapes.
Nec hoc satis, quid? fuerat hic animus tibi
Instruere similes inscio uiro cibos,
Similiq; leto sternere. hoc unum potest
Sciri, dedisti mortis hanc caussam meæ.
Nec effugis tamen, prior tanti mali
Autor misera. nunc luce non grata fruor,
Trepidante semper corde, non mortis metu,
Sed sceleris. ô bone Deus, hæc quæ fata sunt?
Mori iuuabit, pœna nam grauior nece est.
Extrudimur, mentemq; deserit quies.
En fraude capta, me capere non desinis.
Nunc huius horti quis per annorum uices,
Totoq; in æuo poterit delicias senex
Referre tot, quas unus eripuit dies?
Pœnas luemus pro tantis meritis, scio.
Quid ipsa faciendum putas? dic liberè.

EV. Hem mi uir, nos pudenda nostra frondibus
Tegamus. AD. Adsunt, faciam subligacula,
Ne nos Deus nudos uideat incedere.

EV. Recte mones. & hic ficus folia tibi
Sumas, mihi parabo ritè singula.

AD. Ah suasor ille pessimus Serpens tuus

Consi-

Consilia suggessit: quid illi obtemperans
Demum malo accepto sapere stulta incipis?
Audire uisus sum Dei uocem sacram.
Fugiamus hinc, abscondentes sub uepribus
His paululum, uideat ne nudos esse nos.
Nec confitebor, dum latêre quiuero.
Facti pudet quidem: nec id reddi potest,
Factum quod est semel. Sequere tu uxor mea:
Sub hæc fòlia repere libet, quod optimum est:
Si fortè quæret hîc, ne inueniat ipse nos.

ACTVS TERTII,

SCENA PRIMA.

Lucifer. Belial. Sathan.

LV. Euge bone, rem nunquid bene expediuimus
Ex instituto animi, nostra sententia?

BE. O optimè, nec pote quidem melius fore.

SA. Abi, uirum te iudico, functus tuo
(Vti decet fortes) officio sedulò.

LV. Hac unica caussa debetur gratia
Soli mihi à uobis, quod impetrauerim
Quæ nullus ausus aggredi, uel peragere.
Quod angeli, Deusq; maximè dolent,
Sibi molestum quoq; futurum perpetim.
En habet Adam: quid gloriabitur sua
Fœlicitate, præ nostro infortunio?
Cecidit, uterq; morte damnati iacent.
Inobedientes sunt Deo facti, rei

Prævaricationis. Et satis quidem
Videbitis pœnæ sequi, nulla mora.
SA. Heus tu fatêre quo modo seduxeris,
Dic inquio: mirum nisi percallido
Consilio opus erat. Quid? solus congressus es?
Vel lubrici serpentis usus es opera?
Rem ipsam dolo nobis nullo effare ordine.
LV. Illuc reuerti certum, & conata eloquar.
Rerum malarum facilis est persuasio.
Principiò ut ipsam egressam conspicio foras
Solam mulierem, absente longius uiro,
Suborno Serpentem: statim sequitur meum
Consilium. abit, doctus fuit quid diceret.
Cæpit mulieri illud uoluptatis genus
Laudare, quod placebat unum maximè:
Et increpat utriusq; somnolentiam,
Cur non suis rebus prospicere consulant:
Cum dij facile fieri posſent, si modò uelint.
Monet arboris uetitæ uim tantam fructibus
Inesse, quo ligno nil unquam suauius,
Aut dulcius, per omnes horti terminos
Crescat. iubet malum gustare, & carpere,
Monente me, qui cuncta præsens subdidi.
Et hac superbia persuasa, protinus
Gustauit è ligno sacro, uetito sibi:
Et obtulit malum uiro, qui commedit.
Deus uolebat esse uir cum fœmina,
Bonum & malum scientes præter cæteros.

Successit

Successit ille mihi dolus fœliciter,
Obnoxius maritus est cum coniuge
Factus sua, pœnæq; subiacent graui.
Ipsus miser nunc deflet tristes exitus
Frustra, nec unquam deprecarier licet
Culpam, stat animi rata Dei sententia,
Pœnas luent temerariæ superbiæ.
Illis tremunt ira Dei præcordia,
Instat metus, tristisq; membra dolor ferit.
SA. Et ecce dij sunt facti Adam, atq; uxor sua,
Norunt bonum malumq; probè cernere.
Vbi morantur nunc, dei clarissimi?
LV. Nudi iacent absconditi sub uepribus,
Foliisq; contecti arborum, Deum timent,
Fugiunt, sui pudetq; facti turpiter.
BE. O bene quidem factum, beasti me tuo
Tam nuncio læto. mihi melius erit
Nunc, quòd habeam socios grauis pœnæ meæ,
Et posterorum maximum numerum, nec hoc
Facile abolebitur, triumpho splendidè.
Scio, dolebit hunc genus hominum diu
Casum. sed actum aget: quisquis caussam dedit,
Hic ora frenis domita substrictis ligat:
Stimulus grauis peccati, nescit quiescere.
BE. Licet, Adamq; gloriare si lubet,
Quæ sint tuæ uoluptatis genera refer,
Quibus nec integro die datum est frui.
Ingressus es uix, egredi nunc incipis.

Me

Me me puderet paruulæ tam gloriæ,
Si non frui daretur amplius mihi.
LV. *Ridebimus, parta est nobis uictoria:*
Triumphus insuper ducendus agmine
Armis decorato, quod uicimus genus
Hominum. quid est, solidum si non hoc gaudiũ est?

SCENA II.

Raphael. Michael. Gabriel.

RA. *Ah quid querar? scelere doleo fratre nouo.*
Tam negligenter agere, tantam'ne decet
Rem? Vah pudet me criminis, Adami loco:
Ipsum uirum auscultasse stultæ mulieri.
Quem sibi Deus similem primò creauerat,
Fastigio cecidisse tanto gloriæ.
Qui fuerat immortalis homo perenniter
Formatus ex sola diuina gratia.
MICH. *Miris, uide, diabolus hunc circumdedit*
Suis dolis: fallacijs imponere
Non destitit, postquam semel id incœperit,
Donec sub illa spe maioris præmij
Abduxerit captiuam. allexit subdolè,
Suggesit ut mulier sapere deposceret,
Quæ dignitatem uincerent longè suam.
Inflata tandem spe fallacij perdidit,
Quod erat potestatis suæ. Namq; antea
Aeternam habebat uitam, illa nunc excidit,
Pomum boni maliq; postquam commedit:
Vnde oculi aperti sunt, quibus præsentia

Cernunt,

Cernunt, uagantur: & cum se nudos uident,
Fugiunt, quasi quicquam latêre possiet
Deum, qui habet iustum oculum cuncta cernere
Absconditum cui nihil sit orbis circulo.
GAB. *Nec ipsa contenta fuit, & uiro dedit*
Malum: quid ô mulier fecisti pessima?
Quare doloso accepto consilio, sacram
Legem Dei pedibus conculcasti tuis?
Vnde tibi tanta intemperantia uenit?
Quò luxus insuper tuos sensus tulit?
Nonne satis hac fruitione splendida
Frui, bonorumq; omnium pomarij
Dominam esse te? quid amplius? nil defuit
Ad commodum uitæ tuæ, temeraria
Etiam ausa contrectare interdictos cibos?
Quanto satius erat fame tabescere,
Quàm noxiam hanc admittere imprudentia?
Habita fide uerbis, tibi quæ dicta sunt
A callido serpente suasu dæmonis,
Decepta permanes, serpens immunis est.
Cuius fideliora consilia putas,
Quàm sint Dei mandata, commodo tuo
Sancita. Nunc decepta cum sies sciens,
Nulla quidem uenia digna es. Quid cogitas?
Qui consuluit hæc Serpens, tibi subditus
Erat, neq; eiusdem naturæ ut credere
Oportuisset illi tanta: deniq;
Suberat potestati tuæ, tuum fuit

Mandare

Mandare Serpenti, iugumq; imponere:
A' quo tibi iam tanta constructa est lues:
Quare perire maluisti funditus,
Te ipsamq; penitus ô misera confundere.
Quare relicto illo cuius facta uxor es,
Ad cuius auxilium producta primitus,
Cuiusq; dignitatum semper particeps
Fores, & eiusdem cum quo es substantiæ:
His singulis spretis, societatem eligis
Serpentis, hostis nescij miserescere:
Vt à Diabolo per illam bestiam
Persuasa, sequeris Deo contraria.
Nec si es auersata consilium illius,
Vt de cibo uetito ausa fies edere, mali
Caussam dedisti, ducta spe uanissima.
RA. Si se modo solam duxisset perditam,
Honore maximoq; priuasset suo,
Parum esset. at quod perdidit secum uirum,
Tantæ ruinæq; socium fecit sibi,
Miserandum erit, semperq; abominabile:
Cuius saluti adiutrix esse debuit,
Eius sit inimicissima omnium quidem,
Et reddit infensum diuinæ gratiæ.
Quæ insania hanc induxit, ut tantum ausa erat
Facinus facere? quamuis uicem doleo uiri
Tantum: ipsa namq; precium ob stultitiam ferat.
MICH. Non sat fuit forsan, beatam degere
Vitam, omnibusq; in paradiso crescentibus

Frui,

Frui, nisi maioris etiam gloriæ
Fastigium pertingeret, mulier nequam.
Sed hoc scelus pœna graui nouit Deus
Vlcisci, uirum ne impune luserit.
GA. Quare suam uitam uocant in exitus
Dubios, uir & mulier, nimis quorum dolor
Serus futurus est, & pœnitentia
Nulla iuuat. malus quin hostis interim
Ridebit affatim, quando illos prospicit
Lapsos. nefanda fraude turpiter sua.
MICH. Ergo uide à quanta deiecti gloria,
Ad uilitatem miseri sint turpissimam,
Antea qui erant uita terrestres angeli:
Quorum potestati fuerunt omnia
Subiecta, quorum imperij fines clauserat
Orbis cauus latè reges per omnium
Circumferentias, quas mundus continet.
Quid? imperabant cæteris qui bestijs,
Vni creatori suo & Deo negant
Seruire. dominatum exercebant inferûm,
Tamen recusant Dominum rerum agnoscere,
Cuius manu facti fuerunt, negligunt
Eius subesse mandatis, uel uiuere
Iuxta uoluntatem Dei ter maximi.
Dominum time, patientem, quamdiu datur,
Ne sentias seuerum posthac iudicem.
At quem iuuat peccare turpiter semel,
Hunc propria segnicies subagitat mentis, aut

Temerarij

Temerarij actus, aut uitæ q; uanitas
Sic mancipat uicijs, ut iam sit omnium
Materia peccatorum, & seruus impudens
Iniquitatum, falsorumq; criminum
Minister, omnis culpæ seminarium.
Quare suo pro merito expectet præmium:
RA. Et ecce progreditur Deus, quid nescio
Circumspiciat, expectandum hic est paululum.
Quid fit uidebimus: peccato irascitur.
O homo, quid ipse feciſti? iudex tuus
Venit, tibi magnum daturus est malum.

SCENA III.

Deus. Adam. Eua.

DE. Heus heus Adame, ubi es? quid agis? ubi es?
Tacent, & ora pallor albus inficit, (ueni-
Mentes q; perculsæ stupent, arguit timor.
Putas'ne quod latitantem te non uiderim?
Prodi. AD. Domine, postquam tuam uocẽ audio,
Exterritus, me abscondi sub pomarij
His frondibus, quia nudus incedo miser.
DE. At nuditas tua hæc creatura est mea,
Nunquid tu eam ut rem turpẽ damnare ausus es?
AD. Non. DE. At scio quod nuditas confuderit
Te, non mea hæc uox terruit. Quid denegas?
Et conscientiæ stimulus hoc arguit.
Quid te ipse lacerans tam meum aspectum fugis?
Mens tua sceleſtum facere, non casus solet.
Hæc est fuga tua, hinc lachrymæ illæ fluunt tibi,

Ille est pudor tuus, geris quem pectore.
Dic unde didiciſti, esse te nudum? Quid hoc?
Nescio quid est, tibi times, membraq; tremunt.
Nihil grauius est, crede conscientia
Ex lege territa Dei, male conscia
Sibi. Quid arboris'ne fructus commedis
Vetitæ? ego qua interdixi sola seriò
Ne sumeres tibi? nunquid hæc lex est mea,
Quam tu procax transgreſſus es? quoniã pauor
Ille tuus ostendit, reumq; te iudicat.
AD. Domine, fateor, edi fructus ex arbore
Vetita. DE. Scio legis inobediens meæ
Transgeſſor es. Num effugere manus putas
Meas? fugit semper peruerſus impius
Culpa sua, atq; persequente nemine:
Et peßimus feruet sicut tumidum mare.
Nec est amica pax, nec est tranquillitas
Commoda. Malum qui fecerit, lucem statim
Odit, nec audet progredi, se surripit.
Ita tu fugis oculos meos, tenebras amas,
Et irrepis sub umbras frondium nigras.
Hæc est enim peccati natura, ut statim
Cupiat in occulto manere proximè,
Nec innitentem lucem quoq; ferrier.
Cur hinc fugis duris contectus inguina
Perizomatis? Quare fugam, dic mihi, paras?
An te putas tutum sub frondibus fore?
Quem ferrei montes, nec ulla ianua

Seruare possent immunem: quid cogitas?
AD. Angustior mundus erit, quàm ut tutus siem.
DE. Crede mihi, qui timet, non pudefieri potest:
Iustusq; quasi leo sit ipse confidens:
Rectaq; conscientia uiuit pius.
Non effugit Deum, diu qui latuerit:
Absconditus nec est Deo, qui effugerit.
Cur tam bonus uidebaris, quando tibi
Præceperam, ne fructus eius arboris
Ederes? quis hæc putasset omnium? nihil
Veritus meam uocem, ut dicis: quumq; antea
Audire me dignatus es cum gaudio,
Quis iussit ut pomum tibi decerperes?
AD. Hæc ea mihi quam iunxisti, pomum dedit,
Et prima comedere iubet dulcissimum
Malum quidem. Nec ego, sed ipsa corruit
Prius: sequutus mitior charissimam
Sum coniugem: & nisi dedisses, non erat
Factum: tum amorem coniugalem prætuli.
Edi, quia uidebam nocere illi nihil.
Nec esse mortiferum putaui maximè,
Nullamq; culpam subsequi, certus fui.
Ergo quod hic peccatum est, imprudentia
Peccatum erat mea: mulier causam dedit.
Hoc est penes te: si placet, damna ream. (bona,
DE. Vbi est ea? AD. Ecce Domine ibi est. DE. Ehem
Quare mulier hoc feciſti? quid 'nam taces?
EV. Decepta sum à Serpente, commedi, impio,

DE. Quoniam istuc ipse Serpens feceris, modò
Maledictus eris inter animantia omnia,
Terræq; bestias, super pectus tuum
Vitæ diebus omnibus gradieris, &
Cibus tuus puluis futurus turpis est.
Et insuper tantas inimicitias tibi
Cum muliere excitabo perpetuùm graues,
Interq; semen eius & semen tuum:
Id conteret tibi caput, tuq; atteres
Calcaneum illius, graui odio simul.
Quecunq; tibi fuere communia prius
Cum homine, statim nunc eiectus consortio
Eius, quasi ex mensa, propter crimen tuum:
Adeò ut ne pomo, uel dulci pyro tibi
Vesci liceat, immò rudem terram cibum
Habebis. In te tua multum mutabitur
Natura, nec retinebit illam pristinam
Vim, qua creatus eras statu sub altero.
Audi mulier, & quid posthac faciam tibi.
Tuum dolorem multiplicabo plurimum,
Si quando grauida eris, feresq; liberos,
Paries eos omnes dolore maximo:
Et sub uiri potestate es posita tui,
Ipse dominabitur tibi omni tempore.
Dominus tuus erit, tu illi contrà subdita
Vives: uiri iugum feres, nil mussitans.
Ast liberos illi dabis charissima,
Benedictione diuina facies patrem.

Ex bibl. univ. Dorp.

Sed interim partus grauis, periculo
Plenus futurus omnis est, culpa tua
Retinebis attamen uiri sexum tui.
Hoc te quidem dum uiues consolabit,
Quia ex tuo nascetur olim semine
Semen, quod huic Serpenti conterat caput,
Qui tibi dedit caussam infortunij illius.
Tibi porrò Adam, quid ego uelim, paucissimis
Dicam. Quia tuæ uxoris audisti lubens
Vocem, obsequutus insuperq; es iussibus
Eius, licet præceperam tibi antea,
Non commedes (dicens) fructus scientiæ,
Qui sunt sub ipsius medio pomarij:
Hoc negligens sumpsisti, quod placuit tibi
Edisti, & in nihilum putas hæc me loqui:
Maledicta terra propter hoc facinus tuum.
Nam proferet spinas, dabitq; tribulos,
Et germinabit zizania cunctis locis,
Dolore commedes diebus omnibus
Cibos tuos, herbasq; campi deuorans,
Errabis incertis locorum sedibus,
Sudore uultus pane uesceris tui:
Donec sub illam, de qua primò sumptus es,
Terram reuertaris. quia leuis puluis es,
In quem reuertêris uicissim postea.
Terra ex sui natura fœcundissima
Est, innocensq; ferret omni copia
Quod optimum foret: sed impeditur hac

Maledi-

Maledictione, quæ scelera propter tua
Mala est, agri incipient statim sterilescere,
Tuiq; criminis campi pœnas luent.
Cum nulla pars terræ sterilis antea fuit,
Fœcunda quin, & fertilia passim omnia:
Nunc nil minus, meatuum clausa est uia.
Panem tibi lassa tua quæres manu:
Sudoribus cibos parabis corporis:
Labore uitam transiges grauissimo.
Nullus calamitatum finis tibi datur,
Præter ferocis terminos mortis tuæ.
Namq; est futurum, utq; resoluaris denuò in
Glebam, tuisq; meritis sumas præmium.
Sic est tuus lapsus de uita in pallidæ
Mortis graues pœnas, in morbos plurimos
A sanitate, soliusq; iniuria
Tua: feras, culpare quod nunquam potes.
Fit uita nulli mancipi, sed omnibus
Nunc usui conceditur, nec amplius.
Hæc uestimenta pellicea feci noua,
Induite uos, ornati pulchra chlamyde.
Ecce unus ex nobis Adam ille factus est,
Sciens bonum & malum. Elegantes dij: uide.
Nunc ergo, posthac fortè ne suam manum
Mittat, sibiq; sumat ex illa arbore
Vitæ, ac edatq; uiuat æternaliter,
Abi Raphael, & quod uolo fieri face.
Expelle protinus uirum cum fœmina

Ex hoc uoluptatis loco, iube exeant
Nulla mora paradisi sacros terminos.
Abite, terram colite, de qua estis prius
Sumpti, periculis subiecti plurimis
Eritis, ego uidebitis quid possiem.
Quid feceritis, ibi docebimini probè.
Illis prohibui ne fructus attingerent
Mortis: sed hæc frustra sunt dicta singula,
Nec abstinebant à proprio suo malo.
Quare profectò curandum est, ne postea
Etiam arborem uitæ tentent consumere,
Vt fata præter uiuerent longissimè.
Abite, dixi satis, haud ulli in posterum
Licebit hos paradisi fructus tangere.
Multo minus gustare: stat sententia.

SCENA IIII.

Raphael. Eua. Adam.

RA. Exi hinc Adam, quæ sit Dei sententia
Intelligis: quin coniugem unà ducito
Tecum. Mora nocet, exite hinc: nullus locus
Hic diutius uobis manendi linquitur.
Quò uos pedes ferant, uide sub tempore,
Nobis nihil curæ amplius, quo commode
Viuere tibi detur loco: merito tuo
Tam splendidæ ius sedis amisti sacrum.
AD. Hem, mihi quis est finis miseriæ? perditi
Quid fecimus? uel quò ibimus? nullus mihi est
Notus locus totius orbis, insuper

Nec

Nec quid sub illo scimus fiat tramite.
RA. Heus nihil agis, cunctationem quid petis?
Frustra est, eas, aduesperascit proximè.
Tempusq; postulat, claudendus hortus est,
Post cautius, sultis, mercari discite.
Verùm memoriam præteritorum amittere
Caue, ne quod de gratia Dei datur,
Temerè aliquando amittas, curandum tibi.
AD. At quò ibimus? duc nos parumper, optime.
Vel redde comitem. fugere cur solos iubes?
RA. Quasi locus desit sub orbe maximo.
Abi. Veni Cherub tuo cum flammeo
Gladio, uiam ligni uitæ custodias.
Ne quis subintret, diligenter uideris,
Remoue procul quisquis propius acceßerit.
Ne quando Adami quæsituri patriam
Posteri, sequantur huc uetera uestigia.
Hæc est Dei uoluntas nostri sanctior.
AD. Quando redibimus, reduc quæso cito.
RA. Tace modo tu. de istoc cum usus uenerit
Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.
AD. Peccata coniugis num ego dissoluam?
RA. Doceat maritus coniugem, non est meum.
Iam exisse decuit, quid seris fando moras?
AD. Supplex recedens illud extremum precor,
Ne culpa natos matris insontes trahat.
RA. Originis peccata sufferent tui
Tam liberi, quàm successores omnium.

Quandoquidem ambo exibitis pomario,
Posthac cauete plurimum, uigilabitis
Multum, qui horam qua uenturus est Deus
Nescibitis: prædictum sit uobis uolo.
AD. Abeamus ergo, quando uisum ita est Deo
Nostro, quis illi unquam resistet omnium?
EV. Hem mi uir, hæc quæ uita nostra dic mihi
Futura sub rerum tanta ignorantia?
Periculosa quidem uidetur maximè.
AD. Exul fugio, me quippe iam pœnæ expetunt.
Quis iste, celerem concitus fugam facit
Sathan doli magister, & uanissimus.
Stat ecce Titan dubius emerito dic,
Miratur hanc fugam: nec ulla pax dari
Potest, ægestas turpis est, magnum scelus
Commisimus nostra peruersa audacia.
EV. Vnum est tamen quod consoletur exulem
Me, scilicet successio per posteros,
Quorum data est utriq; nostrûm firma spes.
Quid tibi timendum est: pone iã trepidos metus.
AD. Fonam. Sed hæc uita interim plenissima
Curarum erit, laboribus circundata.
Terram colemus fructuum caussa rudem,
Sterilemq; factam ob nostra solum crimina.
Porrò mihi deinceps uxor unica
Futura, quare sacro semper nomine
Euaq; uocaberis, ceu mater omnium
Viuentium. Serus quid hesperus ferat,
Nescimus.

Nescimus. Omnis terra forti patria est.
Vale, locorum Paradise amœnissime.
EV. Ego necis, uitæq; consors ero tibi:
Quocunq; abibis, te sequar comes unica.
AD. Sequere. Facis quod te decet, coniunx mea.

SCENA V.

Cherub.

CHER. O quanta calamitas sequitur Adã scelus
Inobedientiæ, miserandum seculum
Eius, quis enarrabit hunc lapsum grauem?
Quantum periculi miser sibi colligit,
Deprensa culpa eius? Quis omnium potest
Tantum expiare sceleris? ô syluæ, ô feræ,
O cœlum, & ô mare, & quicquid'nam illic erit
Viuum, dolete fatum hoc omni tempore.
Quanto fuisset satius, hoc operam dare
Vt uiueres Deo, quàm intemperantiæ
Tete dares? Proh dolor, Adam manu sacra
Compositus, & rerum dominus unus quidem,
Præterea homo immortalis ab ipso Deo
Cretus, Deoq; familiaris, incola
Sanctissimus paradisi, cultor omnium
Crescentium, soli datus custodiæ
Horti sacri, tam grauiter pœnas incidit?
Ob noxiam, ut uidetur forsan, paruulam:
Crimen inobedientiæ peius dolet
Ipsi Deo, quàm quod erit unquam maximum.
Verùm nec is solus qui peccauit, luit

Pœnas: sed etiam terra quæ nihil nocens
Fecit, graui maledictioni subiacet.
Domine Deus, quàm admirabile nomen tuum est
In uniuersa terra, & in cœlo suprà.
Qui cuncta regis, solus tenes, dominaris &
Orbi, & quod ipsa terra sub se continet.
Hostem tuum uerbo necas, & conteris
Dolos, ut hostibus tuis uirtus tua
Sit nota. dextræ omnipotentis uires tuæ
Cognouimus, mundi spacioſa ubi uolumina,
Aut uidimus rutili cœli flammantia
Sidera, tuis manibus sub orbe condita:
Sensus subit nostros statim admiratio,
Quæ nam manus faciat hæc? ergo talia
Cum facias, homo quid inanis est curæ tibi?
Quem dotibus dignum putasti talibus?
Locasti Adam dilectas inter res tibi.
Nec id satis fuit, corona ornasti eum,
Dominumq; super opera instituis hunc omnia
Manus tuæ, qui cuncta possedit simul.
Paulo minus minuisti eumq; ab angelis,
Imò tui similem, post te quoq; feceris
Ipsum secundum, quod nec nobis contigit.
Armenta, pisces, uolucres, bestiæ, feræ,
Omnia pedibus eius fuere subdita.
Quàm gratus ille possessor fuit, uide.
Legem recusans unicam, posuit iugum.
Quantum boni tulisset homo, si non Adam

Lapsus

Lapsus fuisset Protoplastus perditè?
Infausta certe nimium erit, lachrymabilis
Mortaliumq; conditio. Quæ filijs
Adam quies futura? quæ est securitas?
Mœrore, luctu, gemitu, uoceq; lugubri
Peragent dies suos, ucteris umbram uident
Vitæ: nec hoc integrum illis conceditur,
Hostis generis humani nunquam desinet
Circumuenire posteros percallidè
Astu, dolisq; fraude nouit optimè,
Nunc à sinistris, nunc adest à dexteris,
Donec capiat, oppugnet, prosternat suis
Fallacijs quàm plurimos. Quis illius
Dolos, furorem, machinas, artes nouas
Depinxerit? mille artifex, omnia probat.
Quis se putabit à tot, atq; incursibus
Tantis, fore omni tutum puncto temporis?
Nemo est. Adamum suasu mendaciſſimo
Mortalium primum expulit tanto loco.
Cui uita nondum criminis fuit rea.
Quid de suis fore successoribus putas?
Quorum caro infecta est Adami crimine.
Propter quod omnis terra noxium feret
Loliumq; auenas steriles, urticas rudes.
Etiam uenena, noxiasq; bestias,
Quæ propter illius peccata inuecta sunt
In uniuersos mundi latè terminos.
O quàm fuisset uita fœlix, antea

Quàm

Quàm lapsus erat Adamus, omnium malo.
Possessor horti splendidi, solus fuit.
Vbi aura spirans salubrior, mali insciens
Odoris, aqua fœcundior, fructiferaq́;
Mage terra, neminiq́; noxiæ feræ
Viuunt bonorum commodo, robore uigent.
Nunc sæuus Auster cuncta disturbat freta,
Placidumq́; pelagus tumida tempestas agit,
Tremuere terræ, fugit attonitum pecus
Passim per agros, domini Adam non amplius
Memor, latet nunc omnis in saltu fera.
Imperia soluit, seq́; luctatur iugo
Eripere: cecidit quoniam Adam, præsentiunt.
Sensere facinus hoc cœlum, & magnum mare:
Equidem malorum maximum hunc cumulū reor,
Si abominanda casus optata efficit.
En improbo labore terra arabitur,
Et uix sudore maximo fructus dabit,
Si modo boni quid proferat homini usui.
Omnia Dei ira deformata sunt nimis.
Vbi prius recubabat, & amœnissimas
Adam inter arbores, pratorum gramine,
Campiq́; floribus, fragrantibus rosis,
Herbisq́; passim dulcibus perambulans:
Illic rudes herbæ, sentesq́; pullulant
Hodie, molestum crescit urticæ genus
In copia tanta, ut si quid boni uenit,
Ferè obruatur hominis cum dispendio.

Hoc

Hoc tu malorum machinatrix facinorum
Eua efficis, donec uirum seduxeris.
Cui fœminea nequitia ad audendum omnia
Innata, nulla famæ memoria est bonæ.
Hoc dedecus nunquam, uel uix absterseris,
Nec ipsa perpetuò impunita iam manes,
Pœnam feres tuo peccati in corpore.
Labore magno cum uiro panem tuum
Quæres, eoq́; uesceris sudoribus.
Quæ caussa tanti criminis uos implicat?
Ambo noui tam mundo, quàm loco hospites,
Et incolæ cura soluti obambulant,
Gaudent, nihil maliq́; suspicarier
Visi, fruuntur fructibus cum gaudio:
Amœnitate tanta uir cum fœmina
Sperant in æternum fruì, mox concidunt.
Namq; adfuit commotus inuidia malus
Hostis, status hominum tam felicissimi,
Suggestione falsa primò mulieris
Illexit animum in ardorem legis Dei
Superandæ, at illa suasit hæc eadem uiro:
Sic fit, quòd ambo uetitos fructus ederint.
Vt omnibus cæcus uitijs inest amor:
Ita quoq; futurum despicitur omni modo,
Et in breuem suadent fructum præsentia.
Damni libido semper in uetitum ruit,
Secura pœnæ, dum mora est lucro, utile
Putatur instans, serum creditur malum:

Donec

Donec futurum damno præsens obruat.
Sic Eua boni præsentis ex dulcedine,
Nihil uidet quid sit uenturum proximè,
Rapit, uiro porgit malum, qui commedit.
O cæca rerum, stulta quoq; cupiditas.
Hi sunt, quibus Deo uolente dominium
Mundi fuit datum, regniq; æternitas.
Et dum putant se per inobedientiam
Vnam, Deo similes (uolent modo) effici
Miseri esse sic cepêre mortales statim:
Qui mortis imperium timebant antea
Nihil, metu nullo uicturi perpetim.
His esus unus detestabilis, mali
Radix, & humani generis exitium erat.
Per hunc, quasi reseratis terræ postibus,
Vitia subintrant uictricia mundum simul:
In posteros ruent Adami, quos cito
Sternent, agent, uertentq;, mox pessundabunt.
Quorum malorum nunc est copia undiq;.
Hinc nuda paupertas uenit, morbi genus
Varium, febris, cephalea, pestilentia,
Et lepra, lethargus, dirusq; hydrops,
Eiusmodiq; multa alia. Grauissima
Peccata surgent indies mundo nouo,
Cædes, adulterium, furtum, rapina, fraus,
Et pauperum despectio, cupiditas
Regni, libido turpis, & luxus cibi,
Potusq;, bellum, pax rursus, doli mali,

Ludus

Ludus frequens, ebrietas res turpissima,
Vsura proximi, superbiæ gradus,
Alterius insuper rerum inuidia tetra.
Ingens pecuniæ sitis, auaraq;
Manus, calumniæ studium, amor impij
Cultus, deorum relligio uanissima.
Præterea & anxiæ curæ, tum seruitus,
Nec non suo grauis senectus pondere,
Manuum labor non deficiens, fastidium
Vitæ. Sed ut multa in fasces recolligam,
Ludibrium fortunæ, quæ mundum regit,
Et occupabit iura per fas & nefas.
Hæc sunt nihil, nisi sequeretur maximum,
Heu mors ferox, parcens omnino nemini:
Quæ qua ueniat hora, nescitur ab omnibus.
Incauta prorumpit multo ante tempora,
Hominem opprimens, inq; nihilum cũcta redigẽs.
Quid hæc tamen numerarier necesse erat?
Tremo, horreoq;, post quam tanta dixerim.
Vsus docebit, rerumq; experientia.
Atqui his Adam si solus subiectus foret
Cum fœmina, parum esset hoc: sed noxiam
Fecit suo posteritatem omnem crimine.
Qui perpetrato peccato, atq; lumine
Abeunte, quo fuere tum circundati,
Intelligentes propriam ignominiam suam,
Quærunt sibi latebras quò se contruderent,
Fugerentq; præsentem Dei iracundiam,

Verùm

Verum nihil iuuabat illos cognitos
Latuisse, iam Deus uocatos corrigit,
Et splendida patria expulit miserrimos,
Primos parentes omnium mortalium,
Qui nascituri sunt olim per ordinem.
Hi uirgines paradisum egressi, liberos
Sub lege parient sacrati connubij.
Nec hoc quietè, sine fiet molestia:
Nam sæpe sentient famem laboribus
Iunctam suis. Immite cœlum algoribus,
Nunc frigore, aut aridum æstu intolerabili
Solum, uidebunt nunc pruinas æthere,
Niues cadent, glacie constabunt flumina,
Crebrasq; corruscationes perferent,
Et impetus uentorum, sæpe fulmina
Ignita cernent, audientq; tonitrua.
Serpentium morsus, ferarum incommoda
Fugientq;, liberos ab his custodient.
Quid porrò opus multis? rerum pericula
Mille, sibiq; ultro quæsitam expauescere
Mortem incipere satagent: tamen frustra omnia
Fient. nihil lachrymæ prosunt, queruli dies,
Noctesq; nil iuuant: est pœnitentia
Sera, omnis & frustra lachryma cadet oculis.
Cupido deniq; pacis inanis, quies
Nulla est, loco lætitiæ primas continent
Curæ anxiæ: tum miseriæ eorum regunt
Mentes. Quibus potuissent omnibus quidem

Facile

Facile carere, si quiesset hæc modo.
Quos nam dolores ante, quas lachrymas sibi
Incognitas usq; huc, timere intelligent?
Quanto igitur est res noua magis, tanto etiã erit
Amarior, illisq; semper durior
Pòst toleratu. Vrgent grauius incognita.
Vide, boni quantum Deus Adamo facit:
Ne solus esset, sociam iunxit coniugem,
Et uirginem de carne transsumptam sua:
Ex qua sibi sobolem quæsisset plurimam,
Nihilo minus sub paradisi ipsis terminis.
Deniq; sibi crescebant sponte singuli
Fructus, laborare nihil opus illis fuit.
Verum uolebant aliud esse sanctius,
Similes Deo fieri. quod ille intelligens,
Diuinitatem morte punit acriter.
Adeò nihil relinquit & inultum Deus,
Vt nec suis etiam parcat charissimis.
Miror quid hic præsens illorum uita sit
Aliud, respectu præteritæ, quàm mors ferox,
Cui subiacent, incipiuntq; omni hora mori.
Nec ulla spes salutis his relinquitur,
Nisi sua agnoscant utriq; crimina.
Ac pœnitentia graui pectus premant,
Donec misericors Deus illos respexit,
Et hoc quod ex illis futurum semen est
Serpentis illius caput fallax terat,
His qui dedit causam malis. Hac spe uiget

Animus eorum, membra languent sedulò.
Conclusus hortus est, pedes nemo huc suos
Feret. Beatis hic locus fit angelis:
Excluso homine primo, propria culpa sua.
Fœlix ubi, ni peccasset, quiesceret,
Quam gloriam lapsus malus sibi abstulit.
Estote mihi cœlum, arbores, montes, mare,
Flumina, feræ, testes rei certissimi,
Quàm male Deo creatus homo Adam fecerit,
Intemperantia sua cum perderet,
Quod uix in æternum requiritur bene.
Quamuis nihil nobis curæ, illi luditur.
Quem penitebit serius facti tamen:
Et posterorum uox damnabit publica.
Hæc est dies signandus atro calculo,
Quo generis humani perijt miserè salus.

FINIS.

EVA.

MYTHOLOGIA PHILIPPI Melanthonis redacta in Actionem ludicram, per Xystum Betuleium Augustanum.

EX EPISTOLA PHILIPPI MELanthonis ad generosum Comitem Ioannem de Vueda.

Sed quoniam in hanc commonefactionem ingressus sum, facere non potui, quin adycerem narratiunculam, quæ in quodam poemate extat, non illam quidem historicam, sed uenustam, & eruditè confictam, admonendæ adolescentiæ causa: ut cogitet, & discrimina ordinum diuinitus instituta esse, & unicuiq; laborandum esse, ut uirtute suam personam tueatur. Quod si Platonem decuit grauissimis disputationibus inserere interdum μυθολογίας, concedatur et nobis in epistola, quæ non multum est absimilis familiari colloquio, figura aliqua uti. Fertur autem hæc narratio. Longo interuallo post conditionem Adæ et Euæ, cum primi parentes iam haberent familiam, uisum est Deo semel prodire, ac se illis patefacere, ut in illa mundi solitudine quotidianis conflictantes ærumnis consolaretur. Fortè igitur è fenestra prospiciens Eua, uidit uenientem Deum conditorem cum comitatu angelorum: & quoniam postridie festus dies futurus erat, liberos cœperat lauare, affuturos patris sacrificio, & concioni, sed nondum omnes lauerat. Verita igitur squalentes ac sordidos producere in conspectum Dei, iussit

ut hi se in fœno & straminibus occultarent, quæ ad usum pecudum proximè congesta erant. Cæteris comptis mandat, ut stent ordine, expectantes Deum in atrio. Cumq; fuerit ingressus, & à matre salutatus, accedant ipsi, porrigant dextras paululum flexo poplite: & dicta salutatione, postea taciti suo loco atq; ordine consistant. Hæc cum imperasset, ingreditur Deus in atrium, procedit obuiam pulcherrima mater, pudorem ac pauorem uultu significans, & uenientem reuerenter excipit amplexu. Deus comiter eam affatur, ac iubet bono animo esse, se patrem miseris esse, & non defuturum ipsis, quibus & uitam, & mentem, imaginem diuinitatis, impertiuisset. Postea accedunt pueri ordine, ut iussi erant: porrigunt dextras, salutant, deinde taciti ingrediuntur. Laudat Deus matris diligentiam, quòd non modo ornasset liberos, sed etiam ad morum elegantiam assuefaceret. Sed hi gestus (inquit) elementa sunt disciplinæ. Alia grauior doctrina accedere debet, ut sciant se præcipue nasci ad agnitionẽ Dei, ad propagandam eius notitiam, ad conseruandã promissionem uobis traditam, ad exercendam obedientiam erga Deum. iubet doceri eos de immortalitate, de pœnis impiorum æternis. Mater respondet, sedulò hæc inculcari ipsis ab utroq; parente. Et addit illachrymans: Memini miserandi lapsus nostri, & quanta benignitate nos receperis: eoq; omni contentione annitimur, ut soboles nostra sit in officio, ne grauius te offendamus. Prospicimus quantæ pœnæ impendeant posteritati nostræ, si te deseruerit. Hæc igitur præcipua nostra cura est, ut te conditorem ipsis monstremus, & doceamus ipsos quæ officia requiras, et quam propo-

posueris nobis spem salutis. Sed ipse uelim eos audias: ut si quid non rectè didicerũt, tua uoce emendetur. Iubet igitur stantem Abelum primo loco recitare parentum dicta, & iubet clarè ac præsenti animo pronunciare. Puer incipit: Credo unum esse Deum omnipotentem, sapientem, iustum, ac bonum, conditorem totius mundi, qui in hac rerum mole admirandam uarietatem operum proposuit, certissimum ordinem cœlestium motuum, temporum uices, leges ac uires nascentium, ut hæc omnia testarentur mundum non casu extitisse, sed ab aliqua æterna mente conditum esse. Nobis uerò hominibus mentem indidit, in qua tanquã imagine lucere diuinitatis notitiam uoluit. Addidit & intellectum, quæ officia requirat, quæ improbet, ut ipsi obediamus. Addidit & mandatum parentibus, quò ostenderent se conditori suo libenter parêre, & debere obedientiam. Quod si paruissent, sine peccato, sine morte uixisset genus humanum. Et in hac uita fulsisset multo illustrior notitia Dei, arsisset in pectoribus nostris ingens amor Dei, & sine prauis cupiditatibus Deo fuissemus morigeri. Sed odio Dei diabolus, ut deformaret opus diuinum, circumuenit nostros parentes, & obiectis falsis opinionibus, caliginem mentibus eorum offudit, ne cogitarent quantum Deo deberent, quantopere requirat Deus, ne à suo uerbo discedamus. Ita impulsos perdidit, quia uiolata lege Deum offenderunt. Quare cum omnia diuinitus condita, bona essent, peccatum non à Deo, sed à diaboli & hominum uoluntate ortum est. Hinc mors secuta est, & tyrannis serpentis, qui aduersus genus humanum hostiliter grassatur.

tur, & omnibus calamitatibus homines opprimit. Sed tamen ut essent in hoc mundo cultores & præcones Dei, noluit Deus prorsus perire genus humanum: ideo admiranda misericordia promisit semen nostræ matri, propter quod uelit placatus esse generi humano, nos exaudire & saluare, ac reddere nobis æternam uitam, lucem, sapientiam, & iustitiam. Præcipue uerò immanitas odij in serpente inflammabitur aduersus hoc semen, infiget serpens dentes suos calcaneo, et crudelissimo morsu lacerabit omnes ei addictos. Sed interea caput serpentis ab hoc semine conculcabitur: uiuet enim in hoc semine diuina natura. Ideoq; mortem abolebit, & tyrannum serpentem in horribiles cruciatus abijciet. Credo etiam sacrificia, quæ à patre fieri uideo, signa esse sacrificij, quod pro nobis illud semen offeret ad placandum Deum. Sic enim nobis Deus fit propitius, si credimus non propter nostra sacrificia, sed propter illud semen nobis ignosci, nos exaudiri & saluari. Et quanquam in hac mortali uita hærebunt, peccatũ, mors, & cæteræ calamitates, tamen inchoatur diuinitus noua lux & uita, in his qui hæc credunt: qui quidem placent Deo, propter illud semen, ac incipiunt ei obedire, quòd ueniet etiam ut iudicet mundũ, reddat uitã ijs qui ipsi credẽt, et puniat æternis supplicijs diabolũ, et omnes qui semen promissum contemnẽt. Ad hunc cultũ credo uocatos esse omnes homines, ut hæc admiranda Dei opera et beneficia prædicẽt, ut Dei ira et misericordia innotescãt, ut Deus timeatur et glorificetur, et multi salui fiãt. Nec deterreri homines ullis periculis debent, quò minus hunc cultũ præstent.

Erit

Erit enim semper cœtus aliquis præconũ Dei, & si serpens & contẽptores Dei immanẽ sæuitiã aduersus eos exercebunt usq; ad iudicium, in quo immortalis gloria piorum patefiet: qui & si erunt imbecilles, tamẽ in certaminibus suis diuinitus adiuuabuntur, ac seruabuntur. Hunc igitur Deum conditorem nostrum, qui pollicetur nobis salutem propter promissum semen, timeo, inuoco, adoro: huic me commendo: ab hoc peto, ut mihi propter semen promissum propitius sit, gubernet uerbo suo, defendat me aduersus serpentem tyrannum, inserat mihi suam lucem & pios affectus, ac credo me uerè propter promißum semen exaudiri ac respici. Oro item, ut conseruet & augeat inter nos ueram notitiam iræ & misericordiæ suæ, ac promißi seminis, nec sinat obrui ueros cultus astutia serpentis, ut regat meos mores, ne ipsum offendam, & ne mea exempla cæteris noceant. Et quoniam ipse nobis uitam impertit, & ut alat nos terram facit fœcundam, rogo ut suppeditet corpori uictum, & conseruet ualetudinem, seruet etiã parentes nostros, ne desint nobis doctores, & gubernatores: seruet & regat meos fratres & sorores, ut pie & feliciter uiuant, & ornent gloriam ipsius. Cum Abel finem dicendi fecisset, interrogati cæteri, Seth, & sorores, recensent eadem. Deus igitur non modo studium eorum, & pietatem laudat, sed etiam orationis & sententiæ συμφωνίαν & concordiam. ac hortatur eos, ut hanc sententiam constanti pectore amplectantur, ac profiteantur, diligenterq; de doctrina parentes audiant, nec opinionibus adulterinis contaminari doctrinam cœlestem patiantur. Iubet & in reliqua uita

parentibus morigeros esse. Testaturq; hos cultus sibi gratos esse, ac pollicetur se ipsis opitulaturum esse in omnibus periculis. Deinde matrē alloquens, parentū diligentiā comprobat. Iubet accersi cæteros liberos, maximum natu Cain, & sorores reliquas. Obiurgat Euam, quòd existimarit minus cerni occultatos, quàm præsentes. Soror igitur accersit reliquos, prodit & accidit Cain ad fratres, stat rigidus, toruitate uultus contumaciam animi & ferociam præ se ferens. hæ rebant in crinibus stipulæ, & fœni gramina: non gestu, non uoce salutabat Deum. Interrogatus ut parentum doctrinam recitet, incipit, & mutilatam ac coruptam πατήχησιν recitat: Credo unum esse Deum, omnipotentem, conditorem totius mundi, quem colendum esse censeo sacrificijs, propter quæ fœcundat agros nostros. Sed an exaudiat inuocantes, an peccata remittat, ambigo. De immortalitate etiam tunc uidero, cum ex hac uita discessero. Sentio autem, bonos mores colendos esse. Hæc cum ille contumaciter dixisset, obiurgat eum Deus, quòd oblitus sit promissionis, quòd fidei doctrinam non teneat, ac iubet redire eum in uiam, & integram pietatis doctrinam discere. Deinde inquit: Cum uos parentes humani generis futuri sitis, uelim uos posteritati etiam præluceare doctrina, pietate, & uirtute. Non minus uos oppugnabit serpens tyrannus, quàm oppugnauit parentes uestros. Sed his qui meam promissionem conseruabūt, opitulabitur aduersus serpentem promissus Heros. Et quoniam regi genus humanum uerbo Dei, & coheraeri disciplina uolo, deligam ex cœtu uestro idoneos,

neos. Tu igitur Abel ad me accedito, ut manus imponens capiti tuo, te consecrem: tibi meum spiritum impertiam, ut sis sacerdos, eritq; tuum munus, doctrinam diuinitus traditam cæteris omnibus proponere, & sacrificia facere diuinitus monstrata, eaq; rectè interpretari. Nec defugies pericula, quæ propter hanc professionem subeunda erunt. Nam agones tui testabuntur, piorum ærumnas esse cultus gratissimos, & significabunt quale sit futurum sacrificium promissi seminis. Te uerò Seth, regem cæteris præficio, sciesq; & tuum munus geminum esse. primùm, doctrinam, quam frater professus est, omnibus uiribus tueberis, & impios qui conuicia aduersus Deum dicunt, punies ac tolles: punies & cæteros, qui societatem uestram turbabunt. Vobis duobus uentura posteritas obtemperet: & hunc rusticum Cain, qui ut est inculto corpore, ita mores habet agrestes & feros, seruum esse uolo, & metu legum & pœnarum coberceri, ne aut religionem contumelia afficiat, aut conturbet societatem uestram. Ita distributis ordinibus, Euam rursus alloquitur, eiq; curam liberorum regendorum, & eruendorum committit. Illa lachrymans, testatur se consumi perpetuo dolore et cruciatu, quem adferebat horrendi lapsus recordatio. Tandē inquit: Reipsa comperi, cœlestes minas non esse irritas, quæ mortem nobis irrogarunt. Assiduam enim mortem mecum circumfero. Quoties aspicio liberos, ac præsertim hunc rigidum filium, & prospicio uentura mala, toto corpore perhorresco, & exanimor. Veniam igitur grauissimi errati mei iterum peto, & mitigari calamita-

tes oro. Deus affirmat se illi ignoscere: & quanquam genus humanum exerceri calamitatibus uelit, tamen rursus admonet eam promissi seminis. Hunc Heroa, inquit, non defuturum esse inuocantibus ipsum, & ijs olim daturum cœlestem uitam, & gloriam. Hac consolatione cum nonnihil leuasset luctum eius, discessurus porrigit dextram pueris. Mater abeuntem comitatur. Cumq; incensa studio sermonum dulcissimorum, & amore conditoris procul iam à domo progressa esset, amplexus eam iubet Deus ad liberos redire, & pollicetur & ipsi & marito opem suam: docet etiam hos suos comites Angelos, custodes esse familiæ, qui gerant perpetuum bellum, & ἀσπονδον cum serpente. Quare solitudinem minus moleste ferre iubet. promittit deinde futuram maiorem familiaritatem angelis cum tota familia, ut tædium solitudinis minuant. Hæc cum dixisset, nube tectus in cœlũ rediit.

IACO-

IACOBVS CRELLIVS Lectori.

Μύθοις μυθολογῶν φίλιππος ἀγνοῖς
Μιμνοῖς τὰν ἅπασαν γραφὰν παρέξας,
Κοσμῶν ἥνθε νέως λαὸς παλαιὰν
Τὰν ὀρθὰν πρὸ ἐτῶν διδασκαλίαν,
Εὐγνώμων ὁδὶ ἀνὴρ φύσευς τὸ θαῦμα,
Παμπόλλοις ὁδίτας πολυπλανῶσι,
Τὼς καὶ λάθρα διδοπλοκὼς σοφιστὰς,
Τὼς καὶ λάθρα διδοπλοκὼς παπιστὰς,
Καὶ λοιπὼς, τὸ σέβειν θεὸν διδάσκει,
Τὼς καὶ μὴ πιστοθαρσέας φοβᾶσας,
Ἢν τρισκαιδεπάπιχυς ἢ καὶ ἐχθρὸς.
Ὡς νῦν ἠνὶ θεόσδοτ' ἔργα ποιεῖ.
Ος ζωαρκέα ταῖς βίβλοις τὰ δείξειν
Ἐν πολλαῖς, ὀνέων παλῶς τε πλείστοις.
Ὡς εἰπεῖν ἔπος, ὧν φίλος πραύς τε
Πᾶσιν, τοῖς τε κοτοῦσι καὶ φιλοῦσι.
Καὶ ξύστος φέρε τὼς πόνως μαθᾶσας
Τὼς αὐτὼς, ὁ φιλῶν φίλιτπον ὀρθῶς
Ὡς εἰκὼν, γραφέμεν μιμεῖται αὐτά.

XYSTVS

XYSTVS BETVLEIVS BARbaræ chariſſimæ coniugi ſuæ S.

HVnc ludum tibi rectius quadrare,
O coniux puto, cui Deus benignè
Prolem multiplicem dedit, amoris
Noſtri pignora chara, nec malignè
Illis munera pro ſuo fauore
Largitus, tamen iſta ſunt colenda.
Tu cultrix cole, ſicut Eua, rectè.
Iſtuc officium tuum requirit.
Nam ſi tu genitrix uoles haberi,
Quæ natis ſua iura diligenter
Præſtet, quod pietas monebit ipſa:
Primùm ſit pietas, Deiq; cultus,
Hinc mores doceas eos fideles:
Hoc munus genitricis eſt fidelis.
Quod munus patris eſt fidelis, ipſe,
Affectus patrius, Deiq; uerbum:
In hoc gloria ſola detur ipſi,
Qui prolem dedit elegantiorem.
Huc omnis ſcopus ecce Chriſtiano
Tendatur, Deus ut ſolus colatur.
Hic ludo ſcopus eſto ſemper omni.

PROLOGVS.

Feſtiua ſunt, nec ſunt abſurda Dramata,
Res tota ſit licet conficta, ſi modo
Sub fabulæ ſenſu latebit ueritas.
In arduis rebus Plato grauiſſimus
Admiſcet iſtius modi ſcriptis ſuis
Feſtiuiores non ineptè fabulas.
Non uenditamus uera, nec oracula,
Foljs ue quod Sibyllæ conferri queat
Autoritate, ſed myth⁹ tantum λογους,
Vim qui ſuam latentem uel ſermonibus,
Vel quæſtionibus præbent, loco ſuo:
Cuiuſmodi eſt quæ nunc agetur fabula.
Sub fictione non inepta ueritas
Latet, grauis Dei magna ſententia.
Eſt hoc quidem puerile, & ualde ludicrum,
Sed moribus formandis certè proderit.
Cum nuper admodum legens Melanthonis,
Melanthonis uiri longè doctiſſimi,
Peruoluerem ſcriptum, occurrebat fabula,
Quæ digna uiſa eſt actione ludicra:
Hanc offero bonis pijsq; mentibus.
Catonibus non iſta, crede, ſcripta ſunt,
Aut Stoicis tam relligioſè tetricis,
Quîs iſta ſemper magna ſunt piacula:
Iſtos ab actione noſtra arcebimus,
Hoc candidis acturi ſpectatoribus.
Tu fabulæ ſummam paucis oſtendito.

ARGVMENTVM.

Mortalium genus postquam diuinitus
Et conditum fuerat annis prioribus,
Et ob scelus paradiso eiecti, Conditor
Adæ uolebat res domumq; uisere.
Festus dies erat futurus crastinus:
Quapropter Eua sedulò natos lauat,
Ad sacra patris, quò lauti Deum suum
Puriq; adorent. Audit hæc Ioua, & uidet.
Hæc disciplina arridet optimè Deo.
Benedicit his Deus natis ex ordine:
Cain tamen maledicit, ob mores suos.
Seruum facit, mulieri mandat cætera.
Horum angelis mandat suis custodiam,
Abitq; in auras, seq; subducit Deus.

PERSONAE.

Ioua. Seth.
Eua. Noaba.
Abel. Caín. Angeli.

DRAMA.

IOVA.

ADibimus uisuri quid rerum gerat
Nunc exul illa mundi solitudine,
Adamus ille Protoplastus, omniũ
Mortaliũ parens in terris gentium
Futurus. Ecce coniux è tugurio
Pro-

Prospectat, obuiam gressura, liberis
Comitata: mater Eua certè sedula est.
EVA. Nati mei ridete eia dulcissimi,
En nos Ioua est uisurus, en noster Deus,
Creator ille noster, numen maximum,
Comitatus ecce incedit angelis suis.
Huic obuiam compti Deo procedite,
Vos squalidi latête in sœno & stramine.
At uos in atrio expectantes comptuli,
Postquam Deum salutauit matercula,
Acceditote iuxta ætatis ordinem,
Huic porrigentes quisq; dexteram suam
Reuerenter, atq; flexo pulchrè poplite,
Dicta Deo salute cum modestia,
In pristinum sistentes rursus ordinem.
Heu quàm pudore uultus nunc suffunditur,
Quàm cor salit, hac maiestate territum.
Gratus tuus mihi est aduentus conditor,
Parensq; noster, semper cultibus pijs
Nobis colende: nil nobis est gratius,
Quàm quòd uidemus res nostras clementiæ
Tenues tuæ esse curæ, & prouidentiæ.
IO. Virtutis hunc tuæ colorem fœmina
Laudo. Interim bono mulier animo sies,
Et integro & constanti mecum pectore.
Miseris bonus sum semper: sed bonis quidem
Illis benignus, qui fideliter mihi
Pectus suum patri purum sacrauerint.

Non defuturus illis qui syncerius
Nomen meum pijs uenerantur cultibus,
Quibus meus character est diuinitus
Insculptus, & quibus diuinam imaginem,
Tum cum daremus uiuendi spiraculum,
Impressimus. EVA. Reuerenter nũc puelluli
Dominum Deum excipitote, ut par est, singuli.
AB. Salua Deus pater, rerumq; conditor.
SE. Saluato nos creator mi dexterrime.
NO. Ad te salus nobis contingat, ô Ioua,
Deus creator. IOVA. Hanc industriam tuam
O Eua neutiquam improbo, quòd filios
Tam diligenter comptos educas tuos.
Magis tamen probo, quòd moribus bonis
Tuos ab annis istos primis imbuis.
Nam disciplinæ sunt elementa isthæc quidem
Non improbæ: maior sed his industria
Requiritur, Dei nimirum agnitio.
Ad hanc enim nascuntur, & quæ tradita est
Proli tuæ promissionem diuitem,
Obedientiamq; exerceant Dei,
Iubeto: & edoce quòd digna præmia
Sient bonis, æterna nempe gaudia:
Contrà malis ignes inextingnibiles.
EV. Hæc ô Ioua inculcantur istis sedulò,
Memores tuæ bonitatis, qua receperas
Miseros, id in nostris posthac nunc liberis
Sarcire uisum est, ut colant constantia

Numen

Numen tuum, maneantq; in officio suo.
Adam meus, pater, nihil curat magis.
Reuersus ex agro, hoc unum negotium
Sumit sibi, ut natis innotescat suis
Bonitas tua ista, quam præstabas largius.
Idem iubet, laboribus cum se parat,
Vt sit mihi inter prima istud negotium.
Adnitor id quidem, nec succedit malè:
Nec displicebit, ut puto, tibi Ioua,
Nostra ista tam fidelis institutio.
Sed quin tibi specimen doctrinæ præbeant,
Vt si minus quid rectè traditum siet,
Id corrigat tua mi Deus emendatio.
Abel, Iouæ recitato clarè, quæ pater
Materq; te docuere. dic apertius,
Animoq; præsenti, citra formidinem.
AB. Vnum Ioua Deum te credo maximum,
Te cuncta posse, & æquitate dextera,
Bonitate summa, summa prouidentia,
Te conditorem mundi solertissimum,
Et hunc regis ratione non scrutabili.
Rerum uices, uigor terra nascentium
Testantur, & docent tuam potentiam,
Non extitisse casu mundi machinam,
Sed prouidentia tua polum regi
Pictum, tuæq; mentis nostras lumine
Mentes, tuiq; spiritus accendier.
Diuinitatis nanq; nos imaginem

Habemus in nobis, honesti legibus,
In corde nostro scriptis omnes utimur.
Tua uiua uox Ioua nostris parentibus
Dederat quidem præcepta obedientiæ:
Quod si tibi paruissent, non mors ius suum
Nunc obtineret in genus mortalium,
Essetq; maior cultus nominis tui,
Arderet in nostris nunc cordibus magis
Flagrantiusq; amor tui. Sed prauitas
Maligna dæmonis miseris caliginem &
Opiniones offudit, ne crederent
Verbo tuo, istis artibus nos perdidit.
Illud foret nefandæ ingratitudinis,
Si quæ bene & prudenter sunt diuinitus
Creata, culparemus te rerum sator.
Istud malum est totum ex maligno dæmone.
Hinc mors sequuta est, hinc tyrannis, hinc quoq;
Mortalium extitisset interitus miser,
Ni tu Ioua pro diuina clementia
Tua, salutis instaurator, nominis
Quosdam tui præcones esse maximi,
Piosq; cultores uoluisses amplius,
Serpentis ut caput diri semen meæ
Matris tuo iussu calcabit fortiter.
Et si latens ex insidijs calcaneum
Nostrum petat letali semper uulnere,
Superat tamen bonitas istud malum tua,
Qui spem salutis nobis isto in semine

Reli-

Reliquam pia feciſti ſummam gratia.
Porrò ſacra iſta quæ pater tibi facit,
Credo eſſe ſigna perfecti & ueri ſacri,
Placare quod numen tuum ſolum queat.
Peccata nanq; non propter noſtrum ſacrum,
Sed propter illud ſemen condonarier
Intelligo, credoq;. Deinde quamlibet
Peccata, mors, uigent mortali corpore,
Vita tamen noua & lux eſt credentibus,
Illis uidelicet qui complacent tibi,
Illis uidelicet qui matris ſemini
Habent fidem, quod iudicabit ſeculum.
In hac fide cunctos credo ſaluos fore.
Quare Ioua ex tuo iſto totus nomine
Ego pendeo, te ſolum adoro & inuoco.
Timeo te ſolum, & ſoli ſupplicans tibi,
Commendo me ſoli tibi, ut faueas mihi,
Tuearis à ſerpentis diri morſibus,
Et inſeras lucem mihi & mentem piam.
Nec ambigo quin propter nomen ſeminis
Exauditurus me ſis, & notitiam
Veri augeas, nec obrui uerum ſinas
Serpentis aſtu cultum, & ut mores meos
Tuo regas diuino ſpiritu, malis
Ne quem meis offendam moribus: quia
Nobis Ioua uitam dediſti, nos alas.
Fœcunda nobis terra fructus proferat,
Nos & parentes noſtros ſerua ſoſpites.

Da qui regant, Ecclesiam mortalium:
Feliciter quò uita agatur undiq;,
Quæratur ut nil præter gloriam tuam,
Vt nunc, ita & per multa deinde secula.
IO. Mihi satis probatur indoles tua:
Probatur & uestra, Eua, isthæc industria:
Probatur & præclara isthæc confessio.
EV. Nunc cæteri recitate uos quoq; ordine.

RECITANT SETH ET cæteri eadem.

IO. Hæc institutio probatur optimè.
Studium pium laudo, placet symphonia,
Concors tenor, modus, mores castissimi,
Macte pijs deinceps studete moribus,
Sententiamq; istam constanti pectore
Seruate, uestris & posthac parentibus
Parete semper, nec opinionibus
Adulterinis hanc doctrinam admittite
Vitiarier, hortor, dilecti sedulò.
Hic uerus est cultus, qui maxime placet.
Hunc propter ipse opem uobis semper feram.
Teq; Eua nunc compello (namq; industria
Vestra hæc placet) uos laudo, uestrũ comprobo
Studium pium. Sed quin producis cæteros,
Illum Cain præsertim natu maximum?
An tu putasti me latêre quippiam?
Cui cuncta nota sunt, priusquam mente uel
Concepta, uel meditata sunt cuiuslibet.

EVA. Ignosce quæso, si quid hac re mi Deus
Parum satis prudenter factum est: candidè
Muliebris istius meæ imprudentiæ
Rationem habere digneris. Sententia
Mihi fuit, meliores huc producere:
Ineptiores istos atq; torpidos,
Et moribus qui sunt agrestioribus,
In stramine & stipulis illic abscondere.
IO. Produc eos. EVA. Noaba uade, accerse eos.
NO. Eo, quemadmodum iubes matercula.
Cain ueni, uenite uosq; cæteri,
Ioua iubet. CAIN. Venio quidem, sed non libẽs.
Abhorreo maiestatem. Quid nam mihi
Cum rebus istis arduis? EV. Viden Ioua,
Viden Deus benigne, quàm toruus siet,
Viden quæ luminum sit ista toruitas?
IO. Frons ipsa præ se fert quid contumaciæ.
Quis uultus iste? quæ ue est hæc ferocia?
Quis hic rigor mentis? non isti flectere
Norunt genu? non signa sunt reuerentiæ.
Ecquid sibi stipulæ istæ in crinibus uolunt?
Cur non eos docuistis ut hosce paruulos?
EV. Non est in illis neglecta institutio.
IO. Recense tu Cain, natu qui maior es,
Quibus tuis edoctus sis parentibus.
CA. Credo Deum, Deum quendam potentia
Valentiorem singulis mortalibus,
Qui condidit mundum uasta amplitudine.

Illum ſacris ob id colendum cenſeo:
Ob hæc enim fœcundat agros fertiles.
Sed an uocantes audiat, nunc ambigo:
Veniam ue det peccatis, prorſus neſcio.
IO. Poſt hos dies credis ne uitam tum fore
Quandam? CA. Nihil certum ſtatuo, ſed ut puto
Fortaſsis eſt quoddam uitæ conſortium,
Sed inter iſtos cœlites. Mortalibus
Quid ſit futurum, neſcio. Sed uidero
Id fortè, quando ex hac uita migrandum erit.
IO. Sed quem Deum tandē putas, quem tu colis?
CA. Soror mihi iam te Iouam eße dixerat.
IO. De moribus uerò quid cenſes? CA. Cenſeo
Non negligendos eſſe. IO. Tu quidem
Pulchrè, probéq; (ſcilicet) reſponſitas.
Qui ſunt tui mores compti, quos excolis?
Ecquid ſibi iſthæc contumax reſponſio
Præfert? tuo ſic contumaciter Deo
Reſponſitas? Quid de promißionibus?
Quid de fide? déq; hiſce nullum uerbulum.
Viden? ſilet prorſus, nequam prorſus ſtupet.
Culpa uacant parentes, qui fideliter
Pro uiribus fidei tibi negotium,
Sicut tuis uerè pijs fraterculis
His, tradiderunt. Omnis negligentia
In te redundat. ſi quid negligentius
En hactenus commiſſum eſt à te, tempore
Dein ſequenti ſarcias. hoc cæteros

Vos

Vos admonebo, ſi ueſtro uultis Deo
Frui, loquor uobis cunctis, adtendite.
Quoniam quidem parentes eſtis ſinguli
Deinceps futuri, & progenitores gentium,
Hoc par erit, uos anteire cæteris,
Et luce quadam præfulgere ſplendida
Virtutis & doctrinæ & officij pij.
Nec uos minus ſerpens uetus crudeliter
Inuadet, atq; ueſtris his parentibus
Inſeſtus extitit. ſed quis promißio
Seruata erit, promißus hos ſeruauerit
Heros, nihil ſerpens nocebit inuidus.
Sed ſic habet profectò res: uerbi uolo
Vos diſciplina in officio tenerier.
Quapropter ex cœtu nunc ueſtro deligam
Quoſdam gerendis rebus hic idoneos:
Præ cæteris Abel mihi indoles tua
Probatur, huc ad me puelle accedito,
Capiti tuo imponam manus, quo conſecrem
Te principem ſacrorum: hinc ſpiritum meum
Impertiam tibi, ut ſacerdos ſis ſacer.
Munus tuum fuerit docere, quæ meum
Numen monebit & dictabit, quæ ſacra
Mihi placebunt, & quæ ſint diuinitus
Ritè indicata, eorum agas interpretem
Dexterrimum atq; longè fideliſsimum.
Hæc per manus ad poſteros tranſmittito:
Animo interim forti ſis, ne te terreant

Si quæ tibi ingruant ob hoc pericula.
Luctandum erit tibi sacro certamine,
Paradigma eris pijs per cuncta secula,
Testaberis gratißimos cultus mihi
Fore istiusmodi semper certamina.
Sacrificiumq; tale erit promißi seminis
Olim futurum longè perfectißimum.
Accede Seth, propius accede, quo tibi
Benedictionem impertiam. Tu rex eris
Futurus, & penes te sit potentia:
Munus tuum geminum esto. Nam gladio tuo
Tueberis doctrinam, quam frater tuus
Confeßus est Abel sacerdos. Hæc tibi
Sit cura prima: & impij conuicia
Coherceas: & qui Deo blaßphemias
Dicunt, luant pœnas meritas, te iudice:
Et punies eos qui pacem publicam
Turbare sunt conati prauis ausibus.
Vobis duobus omnis tunc posteritas
Obtemperet, uos eße agnoscant principes
Populi, per orbis cuncta paßim climata.
Cain sed ille toruus atq; rusticus,
Stipulas olet, olet fœnum atq; stramina,
Qui moribus feris est atq; agrestibus,
Hunc legibus ueßtris multo dexterrimis
Volo parère seruum, & hunc legum metu,
Pauore pœnarum, subiectum uiuere:
Ne turbet inter uos uitæ concordiam,

Ista sua ferina contumacia:
Aut ne prophanus relligionis dogmata
Qua contumelia uolet contemnere.
Nunc Eua te de rebus istis alloquor.
Non parua reipublicæ ista portio est,
Si liberi domi tenelli rectius
Tibi educantur, inde ab incunabulis.
Quapropter inter primas hæc tibi cura sit,
Vt moribus regundis esse sedula
Pergas, ut incœpisti: macte gnauiter.
EV. O mi Deus, tua maior est benignitas,
O mi Ioua, tua maior est clementia,
Quàm cui satis faciant conatus quamlibet
Magni. Dolore uirq; egoq; maxime
Consumimur. cruciatus conscientiæ
Animum meum consternit, perditè
Lachrymis meis genas semper rigo meas,
Quoties recordor nos peccasse turpiter.
Legem tuam sanctißimam negleximus,
Quæ res dolorem adfert nobis tristißimum.
Ad hæc, Ioua, re comperi minas tuas,
Non irritas nobis fuisse. sentio
Quòd mortis irrogarunt pœnas maximas.
Diras enim mortis pœnas circumfero
Mecum in sinu, quoties contemplor liberos:
Præ cæteris rigidum istum filium tamen,
Artus meos trementes horror occupat:
Quoties recordor quanta me sequuta sunt,

Et orta posteritati ex me nostræ mala,
Et ingemisco,& tota languens palleo.
Quare Ioua,ni maior sit benignitas
Tua,quàm meum delictum longe maximum,
De spe salutis iam fuerit actum meæ.
Immensa sed Ioua tua hæc clementia,
Animum meum spe fulcit atq; sustinet
Quare Ioua uenĩam rogo mitißime
Et calamitatem nostram pro clementia
Tua leuato. nam licet digni sumus.
Parum, quibus salus contingat: sed tamen
Tu dignus es,qui nobis præstes maxime
Tuum fauorem per clementem gratiam.
10. Quanquã uolo,ut miserũ genus mortalium
Exerceatur ærumnis grauißimis,
Dono tamen latam uobis culpam,sed hoc
Tui istius respectu tantum seminis.
Heros enim futurus ille maximus,
Non deerit ipsum ex pectore inuocantibus,
Olim pijs cœlestem gloriam dabit.
Valete nunc spe firmiore,quàm prius
Fueratis,hinc discedam. EV. Nunc puelluli
Hem dexteras Domino uestras nunc tendite.
Dulcis mihi Domine fuit sermo tuus,
Adeoq; me illexit uirtute uiuida,
Vt te relinquere nunc grauißimum siet.
Quapropter ô Ioua boni istud consule,
Si paululum progressa te comitata sum.

10. Ad

10. Ad liberos tuos redito fœmina,
Et gratia mea ualeas cum coniuge.
Opem meam uobis præstabo singulis,
Quibusq; temporibus per angelos meos.
His cura uestri mandata est diuinitus,
Noctu diuq; pro uobis custodiam
Gerunt fidelem,contra Serpentem malum
Bellũ gerunt ἀσυνθετον. Quare ponite
Curas,& hancce uestram solitudinem
Animo integro debetis ferre,& angeli
Frequentius pòst sunt uisuri,& tædium
Vestrum leuaturi. Vobis mandauerim
O spiritus cœlestes nuncij mei,
Redibimus nunc ad suprema climata.
AN. Faciemus ô Ioua,quæ mandas,sedulò.
CAL. Abite quisq;, & læti cuncti plaudite.

EPI.

EPILOGVS.

Istius actionis summam, pauculis
Audite. Christus est ecclesiæ caput.
Non uerò est, ut Petrus clarè disserit,
In quo salus sit, quàm solo isto nomine.
In hoc Adam, soboles q; eius, saluatus est,
Alioquin ipsa gens antiqua funditus
Perijsset in peccatis, ni semen foret
Promißionis, quod caput nequißimi
Serpentis illius quassaret fortiter.
Certamen illud hic habemus splendidum,
Et gloria plenum uictrici. Regna sunt
Duo uidelicet, Christi atq; Dæmonis.
Tyrannis est mera istud regnum Satanæ,
Cuius typus Cain homo est nefarius,
Qui Christianis semper est iniquior,
Affligit ipsos. at Abel Christi gerit
Clarè typum, sacerdos nempe regius.
Seth obtinet magistratus dexterrimi
Claram figuram. sic habes mysterium
Tam sacrosanctæ fictionis splendidum.
Hic fructus est huius sacri spectaculi.

FINIS.

ISAACI IMMOLATIO, COMOEDIA EX GENESEOS cap. 22. Hieronymo Zieglero autore.

AD SPECTATORES Chorus.

PRæsens quisquis ades Vindelici soli
Conciuis, pueris dulce loquentibus,
Gratus porge tuas auriculas modo:
Quo posßis melius noscere quid uelint.
Soluunt hæc, pueri, uota solennia
Cœlorum domino Christiadum Deo,
In terris q; magistratibus omnibus:
Quorum ius superûm tangit imaginem.
Hæc figura mali perdomuit nefas,
Qua promißus erat Christus ab æthere,
De pœna eriperet nos miseros graui,
Soluens purpureo sanguine, non nocens.
Vnus nostra Deus debita per crucem,
Per quem uita redit q; antea perditis
Nobis, quos Stygijs fluctibus abstulit,
Puros restituens iusticiæ patri.
Soli laus igitur sit sibi maximo,
Quo non est alius sanctior omnium,
Post uitam miseram ducat ad exitus
Fœlices pariter corpora mentibus.

PER-

PERSONAE COMOEDIAE.

Thare pater Abraæ
Abraam.
Sara.
Deus.
Loth.
Agar.
Geta pastor ipsius Loth.
Gabriel. } Angeli tres.
Raphael. }
Michael. }
Hismael.
Isaac.
Puer Abraæ.
Aminadab. } serui Abraæ.
Bether. }
Eleasar œconomus Abraæ.
Rebecca.
Laban frater Rebeccæ.
Bathuel pater Rebeccæ.
Melcha mater Rebeccæ.

PROLOGVS.

ADeste mystæ, populus maximi Dei,
Audite Bibliæ ueterem historiam sacram,
Quam nos sumus nunc acturi planè nouam.
Non est Terentij res ficta, aut Accij
Plauti, quibus serui currunt heris suis
Solliciti amicæ de negotijs malæ.
Non hic iniqua mulier rem facit suam,
Sæuas superbus nec miles parat minas.
Edax parasitus, sycophanta hic nec impudens,
Leno nec ipse quæstum quæritans male,
Nec tristis, & durus, uel sæuus Demea
Hic ambulabit, uobis spectatoribus.
Sed summa cœlorum Dei benignitas,
Qua nos suam creaturam, à pœna graui
Absoluit, & de inferno liberauerit,

Quare

Quare Deus de cœlo misit unicum,
Sub carne filiumq; æqualem gloria:
Id quod suis testantur testimonijs
Sancti prophetæ, litteræ sacræ undiq;:
Et mihi manus foderunt, & pedes meos.
Mittemus in panem eius lignum maximè.
Quæ sunt in medio manuum uestrarum graues
Plagæ tibi uita quasi pendens tua.
Est captus hic in peccatis crudeliter
Nostris. ut hæc leuaret morte funditus.
Corpus meum dedi percutientibus ego.
Figura passionis Christi Isac erit,
Quem nunc pater mactare conatur suus.
Rexq; Moabitarum, cum morte filij
Ciues suos captiuos reddit liberos.
Sic Christus in carne humana nos liberat:
Occisus ad redemptionem hinc Israel.
Et ipse pergit tanquam ouis sub uictimam,
Nihil loquens, patiès usque ad mortem crucis.
Serpens loco deserti pendens æneus,
Christi crucem signat sanctam fidelibus.
Hæc actionis causam nobis plurimam
Dedere: res est sancta, qua non sanctior.
Id ita esse uos iam iudicare poteritis,
Si cum silentio animaduertitis.
Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt rite pernoscatis actor quid uelit.
Nullum est hic dictum, quod non sit dictu prius,

Tamen

Tamen comœdiæ formam induit nouam,
Quæ legibus subiecta aliàs historiæ erit.
Rogamus omnes pariter, uestra æquanimitas
Nobis agendi plus augeat industriam.

ARGVMENTVM.

Ex patria profectus Abraam senex,
In Chanaan, unà cum Sarai coniuge, uenit.
Vbi sibi gnatum famula genuit Agar
Suasu Saræ: facti tamen pòst pœnitens
Excluſit hanc cum filio, quàm paruulo.
Nam ei Deus ſterili uentrem recluſerat,
Et filium ſeni ex Abraam uiro dedit:
Patrijs bonis ſucceſſorem, ſpem gentium
Magnam, patri pignus charißimum.
Hunc ſibi Deus puram parauit uictimam.
Offert pater, dum filium ſontem nihil
Mactare cupit, è cœlo cognouit Deus
Abrahæ fidem: manu defendit paruulum.
Regreſſus hic ducit Rebeccam coniugem.

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Thare. Abram. Sarai.



Mihi nimis ſeclorum optato tem
pore (nibus
Fili mi Abram, tuisq; amicis om
Pignus quidem charißimũ, quem
á paruulo

Edu

Eduximusq; , habuimus, & amauimus, ut eſt
Aequum parentes liberos, facere ſuis
Gnatis: id adeò naturæ ductu bonæ,
In te me oblecto, ſolum id eſt charum mihi:
Ipſe ut item contra me habeas, facio ſedulò.
Poſtquam ex ephebis Abram nunc exceſſeras,
Liberius uiuendi fuit poteſtas, quàm anteà:
Verùm cauebam ne peior licentia
Euaderes, malis præueni moribus.
Hanc tibi dedi uxorem tum adhuc iuuenculam,
Eademq; ob hoc ut apud te quàm gratiſſima
Eſſet, quibus ſub corpore uno animæ duæ
Forent, amicè uitam iocundiſſimam
Fœliciter ageretis, ſacri nominis
Connubium auſpice Deo felix cederet.
Hanc ſic tibi inquàm ſpondeo mea manu
Nunc denuò, tuæq; commendo fidei
Quod ego per hanc te dextrã oro, et geniũ tuum,
Tuam fidem, perq; huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.
Si te in germani fratris dilexit loco,
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus,
Te iſti uirum dedi, amicum, tutorem, patrem.
Vt ſolam ames hanc, quàm diu uult Maximus.
Verùm quod ſterilis eſt, mihi nimis dolet
Patri. nam ego ibi partem nunc maximam fero
Lubens, & hæc forſan uoluntas eſt Dei:

Et nescis olim quid tecum faciat Deus.
Cui potestas seruandi soli datur,
Cuius manu caduntq; stant & omnia.
Hanc sume tecum, consortem uitæ tuæ,
Necisq; perpetua fidei constantia.
Ad nos ego Loth meum nepotem conuoco,
Vt eamus hinc in Chanaan, electum locum
Habitationis, per nostræ uitæ dies.
Abi, para omnia quæ domi paranda sunt.
ABR. Fiat pater mi optime, iussa capesso tua,
Et qd uelis manda amplius. THA. Facis ut dec
Cum istud quod postulo, impetro cum gratia.
AB. Sodes mi pater, hẽ ego ne istud conari que
Ego ne propter me illam decipi miseram sinam,
Quæ mihi suum animum, atq; omnẽ uitã credid
Quã ego animo egregie charã pro uxore hab
Bene et pudicè eius doctũ atq; eductũ sinã (cri
Coactum ægestate ingenium mutarier? (situ
Nõ faciam. TH. Haud uereor. nã in te solo hoc
AB. Hanc habeo pater uxorem uotis optimis,
Neq; illius me pœnitet: nec displicent,
Vitæ ratio, morum integritas, industria
Animi probi, gestus pudici corporis,
Formæ gratia, uenustatis felix decus,
Aetatis ipse flos, pietasq; candida.
Accepi, acceptã seruabo. THA. Ita spero quid
AB. Quin tu domi Sarai quæ agenda sunt uide,
Et omnia quæ nobis opus sunt, præpara.

Nam

Namq; est iter longum, & satis durum nimis:
Deus uelit fœlix esse quod instituimus,
Cui meliora uota dehinc persoluimus
Quo noster esse dux dignetur optimus.
SAR. Mi uir, faciam omnia quæ modo me iusseris:
Quoquò ibis, est certum quasi umbra te sequi.
Tua sum, tuaq; dicar oportet castissima
Coniunx, fideus omnis fortunæ comes.
Tu contrà mihi spes, portus, & aura tutior,
Nostrùm omnium refugium, & consolatio.
THA. Ita facite ut dixi, ego cõueniã Loth, qd hic
Actum sit ut sciat. pergite uos, mox sequar.
ABR. Ita quæso pater, abi dũ tu Sarai. SAR. Abeo.

SCENA II.

Abram. Deus.

ABR. Quàm dulcis hæc nobis erit ambulatio
Cum patre, cum uxore mihi charissima,
Meisq; cognatis: Sed cesso pergere. (tuum deus
DE. Abram. AB. Domine quid uis. DE. Sum exerci
Ego, auribus tuis uocem percipe meam.
Egredere de terra hac, atq; relinquas eam,
Tuus pater requiescet hic tumulo suo.
Sed tu fuge à cognatione tua, & domo
Tua, atq; ab omnibus tuis affinibus.
Veni, & sequere me aliã in terrã, quã tibi dabo,
Propriamq; perpetuò dicabo semini
Tuo, fluentem lacte, melleq; suauiter.
Ibi te faciam in gentem multo maximam,

Benedicamq; tibi semper benedicentibus,
Atq; maledicam maledicentibus tibi.
Ego tibi ero Deus, tu mihi populus meus.
Cognationes omnes terræ, nomine
Sacro tuo benedicentur multipliciter.
ABR. O Domine Deus pater cœlorum altissime
Ego tuus seruus quocunq; iusseris
Vado, nec ulla prohibet temporis mora.
Tu me Deus custodies pace optima,
Et proteges salutem hinc ambulantium.
Seruans uiam bonorum, sed peccantium
Perdes, ad inferos q; pœnarum locum
Prauissimos deducis, & iustos beas.
Valeant qui malefaciunt, & gaudent in malo:
Et insuper rebus subsultant pessimis.
Viuat Deo beatus corde simplici,
Quem ueritas linguæ suæ non deserit.
Nec ore maledixerit altissimo Dei.
Beatus homo qui nam affluit prudentia,
Et inuenit sapientiam, nec abijcit
Correctionem Domini, sed diligit eam.
Et disciplinam eius gaudens assumpserit.
Nec deficit si à Domino pœnam sentiat.
Dominus enim in latere pedem custodiet
Eius, ne capiatur manibus ab improbis.
Deludit ipse illusores, sed erigit
Iustos, & animo mansuetis dat gratiam.
Benedictus est homo, qui timet dominum Deum

Suum, & malorum non intrat malas uias.
Qui diligit iustum, atq; peccatum oderit.
Indomita uirtus colitur, & mundo uago
Narratur, homines q; euehit ad alta æthera:
Fœlicibus superis iungit terrestria,
Si sub Dei moriuntur iustis legibus.
Bene nouit omnipotens Deus qui sunt sui.
Iniustus, impius, peruersus, improbus,
Transgressor ipse legis, fallax, inuidus,
Culpa sua pereunt post uitam funditus.
Cum iustus in cœlo uiuat perenniter.
His fretus ego spe uiuo, & ducor maxima.
Et ambulabo per uias Dei mei.
In nomine tuo gressus nostros dirige,
Et æquitatis semitas hinc ducito.
Sed eccam uideo ipsam exire Sarai foras.

SCENA III.

Sarai. Abram. Loth. (ne facitis.

SAR. Hem mi uir hic sumus, Loth, et ego. AB. Be-
Vbi sunt alij? SAR. Cæteros præmisimus.
Quoniam pedes nostros non possunt consequi:
Quòd plura secũ portant. LOT. Et grauia onera
Ferunt, aurum, uestes, & res quàm plurimas
Alias. igitur eos præire paululum
Decet. breui illos consequuturi sumus,
Vacui, sine impedimento ullo ponderis.
ABR. Bene est. sed heus, nouerũt ipsi ne uiam? (mè.
SAR. Probissimè. AB. At sequimini uos quàm maxi

SAR. Sequimur. sed hinc aduesperascit protin
Et lassa sum. nam æstus diei magnus est:
Mea mihi membra frangit, debilia facit
Omnia, Deus spero nostris laboribus
Finem dabit, meminisse olim nos hæc iuuet.
ABR. Bono animo fac sis Sarai, & te ipsam qu
Fac consolere. nam fatorum terminus (po
Hic est, & insuper hanc communem patriam
Meis tuisq; liberis puta fore,
Quod est Dei uoluntas, & sententia.
Deponite huc pondus Loth graue. tu uxor me
Hæc nostra fiet sedes, hæc domus mea.
Ingredere, & hanc orna, laua, purga, & uide
Quid amplius sit opus: ego statim subsequar.

SCENA IIII.

Abram. Deus.

ABR. Laus sit Deo meo, & perennis gloria,
Qui me sua benignitate duxerit
Huc, rebus omnibus saluis, & corpore. (dix
DE. Abram. AB. Domine. DE. Terrā hāc uide
Et semini dicabo in æternum tuo.
Hic permanens mihi fige tabernacula,
Altariaq; meo tibi fac nomine.
Hic seruies soli mihi, nec alteri.
Zelotypus fortis tuus ego sum Deus.
Postquam sacram ædificaueris domum mihi,
Rite ibi sacrificabis pro peccatis tuis.
Et ad placandum me facias istud, memor

Mei, immolabis uitulum, coramq; Domino
Hinc sanguinem eius circum fundito manu
Aræ per uniuersum septies nota.
Et pelle detracta artus concidas probè
In frusta, & ignem lignorum strue facito,
Ac membra quæ sunt cæsa, scilicet caput,
Et cuncta iecori quæ adhærent, fixaq; manent.
Et quæ sub intestinis numerantur bona
Exure statim in holocaustum mihi suauissimum.
De pecore uerò masculum tantum offeres
Sine macula. Sed si oblatio de grege ouium
Fit, siue de columbis tum gementibus,
Vel de pudicis turturibus ipsis siet,
Ferro secabis minime, sed sanguine procul
Fuso in odorem Domini accendito tui.
Oblatio omnis quæ offertur Domino Deo,
Hæc absq; fermento fiat purissimè.
Nec mellis aut fermenti quicquam tradier
Igni decet. Sed quod fertur ad altaria,
Hoc condies sale sacrificium maxime:
Et in omnibus rebus tuis sal offeres.
Peccans anima nimium per ignorantiam
Contra Deum, & mandata eius, male egerit,
Hæc offerat pro peccato uitulum suo.
Qui tetigerit sub se quod est immundius
Peribit, & si per feram sit mortuum,
Aut à suæ naturæ fato ceciderit,
Immundum erit, nunquam Deo acceptabile.

Iurans anima lingua sua contra Deum,
Hæc pœnitentiam pro peccato graui
Agat, offerens agnum de gregibus, aut capram.
At si pecus non habet ut offerat, satis
Est offerat columbarum pullos duos,
Aut turtures binos, marem cum fœmina:
Quod si neq; id potest, panis partem ferat.
Spiritus enim contribulatus sacrificium erit.
Cor humile, neq; contritum despicio, quia
Holocausta me non placant, neq; sacrificium.
Sed qui per errorem peccans ueniam rogat,
Exaudiam eius uocem, atq; dabo gratiam.
Multum misericors sum, remittens plurima.
Lentoq; commotus gradu me uindico.
Et semper expectans procedo tardius,
Ad puniendum peccatores pessimos.
Et distraho diu grauem sententiam,
Sua uia num conuertantur improbi.
Sed si nihil me acturum iam perspexero,
Hanc tarditatem, pœnæ grauitate reputo.
Ignis mihi perpetuus ex ara ardeat,
Quem nutries reponens largius foco
Ligna super: ut nunquam deficiat igneus
Calor, sed in dies in honorem splendeat
Dei tui, uestris diebus omnibus.
Omnis sacri ordinis sacerdotum hostia
In igne consumatur rutilo protinus.
Nec ex ea quisquam partem gustauerit.

Et qui sacerdos sacras offert uictimas,
Hic possidebit pellem eius, nil amplius.
Si pro actione gratiarum oblatio
Fit, panis absq; fermento coctus siet.
Adipem ouis, & bouis, capræq; non edes:
Nam quisquis ex his est, peribit sine mora,
Et nomen eius de populo delebitur.
Animalis etiam sanguinem nemo omnium
Gustabit, immixtum cibo. qui fecerit
Contrà, peribit ille de populo suo.
Vinum, & quod ebriat, nullus bibat hominum,
Vt melius habeatis recti scientiam,
Possitis æquum & iniustum discernere.
Ego Dominus unus, Deus uestrûm omnium:
Audite me, negligite diuos cæteros,
Quîs ora stulta sunt, nihil loquentia,
Aures habent, quicquam tamen non audiunt,
Manus habent nil palpantes, uanos pedes.
Ita similes illis erunt & cæteri,
Quicunq; faciunt ea, qui uel fidunt eis.
Soli Deo tuo mihi da gloriam.
Et mea facite iudicia, & præceptum meum
Seruabitis per uestros uitæ terminos.
Nolite morem populi huius terræ sequi,
Viuere neq; ex eiusdem consuetudine,
Nolite facere quæ uos ante fecerint,
Nec ambuletis in malorum semitis,
Nec polluamini prauis ductoribus,

Estote sancti, ego etenim sanctus sum Deus.
Idola non seruabitis, reicite procul.
Dominus ego uester sum, quare attendite.
Leges meas qui diligens custodiet,
Viuet per illas fœlix æternaliter.
Non ultionem diram quæras, nec memor
Iniuriæ tuorum ciuium sies:
Sed diligas quemcunq; proximum, quasi
Te ipsum. Nec obseruabis uana somnia.
Coram capite cano surgens, ama senem.
Time Deum dominum tuum omni tempore:
Et aduenas ne negligas in ædibus
Tuis, sed esse te nunc cogita aduenam.
Dein septimus dies erit sanctus mihi,
In hoc opus nullum fiat perniciter.
Ego dabo pacem uestris in finibus,
Et dormietis, nec sit qui uos terreat.
Quod si illa negligitis, & contemnitis, ego
Vester Deus faciam uobis hæc scilicet,
Velociter uos uisitabo grandine,
Ardore molesto, ægestate turpiter
Semen seretis, frustra terra arabitur.
Ponam meam faciem contra uos serio,
Fugietis hinc, & persequente nemine.
Quin ego recordabor pacti semper mei,
Quod fecerim tecum uoluntate propria:
Nihil negans stabo promissis firmiter.
Si uixeris secundum me, uiues diu,

Terra bona frueris omni seculo.
AB. Faciam Domine quæcunq; iussisti ordine.
Nunquam tui obliuiscar, donec rexerit
Hos spiritus meos artus per corpora.
Tu mihi Deus, tibi uiuo, tibi morior.
Quid hoc negotij? satis decernere
Nequeo, nisi felicem me esse sentiam.
Hic non amandus? hic non uenerandus Deus?
Itaq; adeò magnam fecit curam mihi
Verbis suis, benignitate & gratia,
Ne fortè faciam imprudens quod nolit, sciens
Cauebo. Sed cesso ire intro, ne nunc mora
Sim egomet meis, quod expectant diutius.

EX PSALMO XXXI.

Chorus primus.

Qui templa cœli numine commoues,
Iudex piorum tempore cordium,
Qui nunc, & in patrum diebus
De tenero meditaris æquum.
Non sordidus mi pectora contudit
Fastus, superbum non animum male
Vexans Erinnys restringit,
Lumina celsa tuli nec unquam.
Non ambulaui sub lare diuitum,
Auro superbus: nec rebus arduis
Immiscui uires meas, nec
Quæ mihi sunt grauiora tento.
Si mentiar, pœnam meritus luam,

Et pono gaudens hanc animam meam:
Infans uelut nutrice abiectus,
Qui ualeat nihil absq; lacte.
Nunc uiuat Israël sub Domino suo,
Sperans in illum perpetua fide,
Omnesq; per uitæ dies, qui
Imperio regit unus æquo.

ACTVS SECVNDI,

SCENA I.

Abram. Loth.

AB. Quàm bene apud illos diuina regit gratia
Curæ quibus sit inter se concordia,
Vt nos diu fœliciter uitam egimus
Vnà, nec ulla nascitur discordia:
Quod ego sciam. quare rerum omnem copiam
Nobis sua largitus est Deus manu.
Ad hæc uoluntatem inter nos bonam satis.
Fortuna sed quæ nunquam perpetuò es bona,
Hanc auferes citò, nisi prohibet Deus.
Videre uideor etenim nunc illum diem,
Quo nostra amicitia periret funditus,
Nisi animus aliter esset in nobis situs.
LOT. Ita est. sed heus quid sollicitet te, dic mihi:
Ego facilè his rebus medebor omnibus.
AB. Nihil est quod ex culpa fiat frater tua.
LO. Quid'nam est? AB. puerile. LO. Quid est? AB.
Nihil. LOT. Quin dic, quid est?

AB. Et si iubes, nunc dicam rem tibi ordine.
Vides utrisq; nobis esse gregem ouium
Magnum satis, nec hunc unquam diminui,
Sed plus in omnes augeri nimis dies,
Vt iam domus uix nostra capiat, sat scio.
Quid commedent? porrò quid nobis miserius?
Et maximum quod est, res ipsa me monet.
Discordiæ sunt inter pastores meos
Tuosq; magnæ, ut timeam nobis quid mali.
Sic est profectò, sic hercle ut dico tibi.
Sed quæso nihil horum inter nos sit omnium,
Fratres enim sumus simul re & nomine.
Ecce uniuersa terra coram te, obsecro
A me recede paululum quôuis gentium.
Et si ad sinistram pergis, ego per dexteram.
Si tu eligis dextram, sinistram mihi dabis.
LOT. Aequam tuam conditionem frater probo,
Vtrisq; non inutilem. nec est opus
Multis, quasi hoc à me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atq; olim, cum antea
Dixi tibi nil commodi in me claudier?
Si in rem est utriq; ut fiat, hoc parabimus
Iter: ego dextram tenebo, tu hic manes.
Namq; hoc ego puto in primis esse utile
Ad nostram amicitiam conseruandam. quia
Quo longius disiuncti, tanto firmius
Nostræ futurum fœdus est concordiæ.
Et præter hoc odiosa res Deo fore,

Et cæteris noſtris uicinis ſcandalum,
Nos litibus nos inter diſcordarier.
Quare ne fiat per amicitiam te rogo,
Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit ſimu
Idem quibus uelle & ſemper nolle fuerit,
Frater mihi es meus, unà à pueris paruuli
Sumus educati, unà ſemper ſumus domi
Ambo, grauia pertulimus unà plurima.
Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq;
Animam relinquam potius, quàm te deſeram.
Ergo id repente nobiſcum diſſolui
Abſit, neq; uelim, neq; neceſſum eſſe arbitror.
Etſi locus diſiungit nos, animus tamen
Aequaq; uoluntas perpetuò iunget ſcio.
ABR. Quid iſtuc? ſi iſtuc animũ induxti nũc tuum
Fiat, tuus totus ſum, & animo & corpore.
Iter iuuabo, conſilijs, re, opera tuum,
Quantũ potero. LOT. Nõ eſſe opus puto, manc
Sed ſi quid eſt, indicabo quidem tibi.
ABR. Veniã, nec ulla unquam in me erit tibi mora
LOT. Cras ibimus, uale. ABR. Et tu q̃ feliciter.
Si fecerim quod placeat minus, ignoſcito.
LOT. Tace rogo, nihil eſt quod tibi ſuccenſeam.
ABR. Abit, ac rogaſſe uellem. ſed melius fore
Cras arbitror. Bene ſit ei. ô dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria eſt, homo antiqua uirtute ac fide:
Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice.
Quàm

Quàm gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
Reſtare uideo. uah quàm uellem illi omnia
Cedere bene, ex ſuiq; animi ſententia.

SCENA II.

Deus. Abram.

DE. Abram leua ſurſum tuos oculos, uide
Ab hoc loco in quo ſtas omnes terræ plagas:
Hanc ego tibi quam conſpicis terram dabo
In ſempiternum, & ſemini propriam tuo.
Faciam tuum ſemen quaſi puluerem ſoli:
Vt ſi quis hominum quit numerare puluerem,
Semen quoq; tuum numerabit, dubio procul.
Surge ergo, uade, perãbula terram hãc, quia
Illam tibi daturus ſum per ſecula.
Noli timere, ego protector ſum tuus
Merces ego tua magna ſum, nec altera eſt.
ABR. Quid mihi dabis domine? uide abſq; liberis
Vado, nec hæres ullus mihi legitimus eſt:
Et filius procuratoris parturit
Sibi liberos, & uernaculus ipſius meus
Hæres mihi futurus eſt. Ah dolor ingens
Patri, carere ſibi natis hæredibus.
DE. Confide, non eſt ſic futurum, ut cogitas.
Hæres tuus fiet qui de te naſcitur,
Et ex tuo utero progreditur filius.
En ſuſpice, numera ſtellas cœli uagi,
Ita tuum erit ſemen. confide, & credito.
ABR. Credo Domine ſine dubio uerbis tuis.

DE.

DE. Ego Deus qui te duxi forti manu
De terra Hur, ut patriam relinqueres tuam.
Et hanc tibi terram, quam possides, darem,
Post te tuis possessione filijs.
AB. Genitor supreme, cœlorumq; conditor,
Dic unde scibo quòd possessurus sum eam.
DE. Scito futurum peregrinum semen tuum,
In non sua terra, atq; seruitutibus
Subdent eos, annis quadringentis sibi.
Verùm uide, cui seruituri sunt, ego
Gentem manu illa iudicabo fortiter.
Sed tu, sepultus in senectute optima,
Ibis quidem requiescens ad patres tuos.
AB. Certum mihi, quod ita futurum domine sit.
Non est enim mendacium in lingua Dei.
Quin dixit, & sunt facta, quæ uoluit semel,
Creauit, & creata sunt, nulla mora.
Quæcunq; uoluit, recte fecit omnia.

SCENA III.

Sarai. Abram. Agar.

SAR. Domine Deus, qui me creasti fœminam,
Legi uiri per omnia sui subditam.
Igitur Abram mihi uirum charissimus
Maritus, ex tuo solius numine
Amandus & uenerandus omni tempore,
Qui mihi caput, sacraq; meæ uitæ anchora.
Et me scio semper fecisse sedulò,
Ex illius, meum pararem commodum.

Ne nostro amori incideret mala uel calamitas.
Nam esse expedit nobis bonas mulieribus,
Quæ illis honori sumus, & laudi maxime,
Per quas sibi generis ducunt sobolem sui:
Quæres amorem coniugum conglutinat.
Sed ego quid aut peccaui, aut quid feci Deus?
Cui clausa uentris sterili mihi sunt uiscera,
Nec prole patrem feci longo tempore.
Nullius etiam rei mihi sum conscia:
Sed tamen ob hoc sum iustificanda à nemine.
O dura fata semper, & sortem asperam,
Quæ sæuit, & non parcit ex æquo mihi.
Quo modo marito mater prolis paruulæ
Dicar, mihiq; ludat in aula paruus puer?
Quid nunc? nihil demiror ego decrepita anus,
Cum idem minus iuuentute mea fecerim.
Tamen uoluntas maximi fiat Dei:
Cui laus, honor, gloria soli per sæcula.
Verùm scio quid faciam, si mihi datur
Gratia Dei, & mariti consensus mei.
En nunc famulam charam introducam Agar,
Vt dormiat cum Abram, quo nascatur mihi
Hæres ex Agar hac patriæ substantiæ.
Tu mihi Deus da gratiam, fac compotem
Voti tuam ministram, ut uir consentiat
Precibus meis, & eius in sinu cubet.
ABR. Nescio quid uxor secum tacitâ murmurat.
Nisi quid est, nunc iam uolo scire ex ea.

Atq; ecce pergit horsum. salue uxor mea,
Quid est tibi: saluæ satin res sunt? ais?
SA. Miror, si ego inuenio famula tua gratiam,
Audi loquentem, ut quid porrò uelim intelligas.
Ecce dominus matricem concluſit meam,
Ne quando parerem liberos tibi patri.
Ingredere ad Agar, hanc igitur ancillam meam
Si fortè ſuſcipias ex illa filios
Meæ, tuæq; ſenectutis ſolatium,
Legitimos bonorum hæredes omnium.
AB. Age fiat uxor, ſi uis. & quid amplius?
SA. Abi mea Agar, & ſit fœlix quod cœpimus.
AG. Fiat ſecundum uerba tua domina mihi:
Faciam lubens, ſpero idq; adiuturum Deum.
AB. Abeamus hinc intro, & quid ſit uidebimus.

SCENA III.

Loth. Geta paſtor.

LOT. Iam'ne parata ſunt, & curaſti probè
Omnia uiæ neceſſaria, ne quid mihi,
Vobisq; deſit, hinc iter facientibus?
GET. Non ſit tibi dubium domine, curauì enim
Singula, nec eſt quod deſit, pergamus modò.
LOT. Frugies. ſed heus, dic, quid tibi regio placet
In quam pari ſtudio pergentes tendimus,
Vbi fata ſedes longæuas pijs dabunt?
GET. Quid ni? bene eſſe conſultũ omnibus puto.
Nam fertilis regio eſt, abundans omnium,
Ne iure quicquam poſsis unquam conqueri.

Vbi ſatis patebunt lata paſcua,
Nec tibi malum lædet pecus contagium,
Hinc proximi uicini de latere tui.
Cythiſum capellæ carpent pratis ſuccidum,
Boues, oues q;, pecora uiridi gramine
Paſcentur, uſq; floribus uirentibus.
Nec lac nouum frigore deſit tibi, nec in
Aeſtatibus, redibunt pleno ubere domum
Vaccæ, dieq; bis paſtor mulgeat eas.
Non deerit ingens lactis preſsi copia,
Atq; butyrum, condimentum cibi optimum.
Fortunate ſenex hic inter fontes ſacros
Captabis ipſe frigus, & ſomnum leuem.
Fructus dabit tellus omnis generis: tibi
Creſcunt nigræ caſtaneæ & poma plurima,
Olus, rapum, glandes, uaria legumina.
Species bonæ tritici, frumenti maxima
Pars, hordeum, & ſi quid melius iſthoc erit.
Et bis ferunt Ceres in anno munera,
Vuis nec eſt alia terra hac feracior.
Paſcuntur hic apes mellis dulciſsimi,
Doctæ ſua arte longe Hyblæas uincere.
Nec interim turtur gemere ceſſat tibi,
Et tua palumbes cura ibi circumuolant.
Dices profectò fortunatas inſulas.
Et gaudeo uitam meam iſthic degere.
LOT. Laudo quidem. ſed quo modo illuc ibimus?
GET. Facile, uia eſt etenim cuiuis tutiſsima.

Ego cæteros iussi præire paululum:
Et credo eos itineris facere non parum.
Nos mox sequemur hos pedum lento gradu:
Nec est quod adeò properemus, cras ibimus,
Clarus priusquàm phœbus attollet diem.
Nam etiam celeritas in desiderio mora est.
LOT. Cum liberis uxorem abire iube tuam
Hodie, ne sint molesti nobis per uiam.
Si quid supererit, interim curabimus.
GET. Bene est: solemus omnes obliuiscier
Aliquando præ nimia cura, quod melius est.
LOT. Non arbitror fieri, qui bene præuideris
Omnia, nihil prætermissum abs te conqueror.
GET. Si tibi qd feci, aut facio quod placet Lo
Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.
LOT. Et nũc magis uel te quàm oculos meos am
Propterea quod seruisti liberaliter.
Igitur apud me iusta tibi sit seruitus (quid
Semper. GE. Habeo ergo gratiã. LO. Haud mu
Eò magis curæ sunt mihi, quæ agis omnia.
Et nunc tibi commendo res uni meas.
GET. Confide, tutò commendasti ist hæc mihi:
Tuas agam res quasi meas, & candidè.
LOT. Quid hæc? aliud est quod restat maius ei
Tu perge facere quod tibi concredidi.
Nunc est eundum, ne quid simus in mora
Alijs. GET. Eamus igitur. LOT. Eo, tuq; sequite
SCEN

SCENA V.

Agar. Sarai. Abram.

AG. Quàm bene egit nobiscum Deus meus,
Quæ cum grauida sum facta ex Abram semine,
Fructuq; floret, ac tumescit pondere
Aluus, uide astris gradior, & cunctas super,
Altum superbo uertice attingens polum.
Nunc decora regni teneo, nunc Abram me amat
Præ cæteris, & summa uotorum attigi.
Bene est, abunde est, iam sat est etiam mihi.
Quid porrò faceret cum uetula uir coniuge?
Cui clausus est uenter, ne possit gignere.
Sed ego parentem prole facio Abram meum.
SAR. Quid dicis omnium? si non pol omnia
Hæc nunc. Ita ego contemnor abs te pessima,
Reddam, & tibi pœnam dies non aufferet.
Hem mi uir, opportune mihi uenis obuiam. (est?
ABR. Quid est mea uxor? iracsceris? hem dic quid
Ah ne lachrymes, qd trepidas? pergis dicere? (est?
Animũ recipe. SA. prorsus. AB. qd ergo id prorsus
SAR. Agar. AB. qd ea. SA. neq; liberalis, neq; bonæ
Est functa nunc officio, quin præ se meum
Nomenq;, famam, fortunamq; & omnia
Contemnit, & me habet uulgo despectui.
Hæc illa, quam tibi dedi in sinum tuum,
Magnus dolor, probrumq; graue: caussam tamen
Possum tueri iudice infesto meam.
Nam me scio uixisse uirtute comite,

Semperq; honestatem feciße maximi.
Dijudicet Dominus inter me & te Deus:
Non patiar, in me culpa multarum redit.
Id nunc rogo, defendas me miseram tuam.
Si unquam fuit tempus, cum ego fuerim tibi
Mi uir, uoluptati, aut sum dicta uxor tibi
Olim uoluntate, obsecro eius memineris:
Inopisq; nunc tantum te misereſcat mei.
AB. Caue, si me ames, istud posthac ex te audiam
Animo bono sis, recipe turbatum malis
His pectus, animum mitiga, quo perferas
Aduersa: nam tempus dolorem subleuat.
Ecce uxor ancilla in manu tua tibi:
Illa modo, per me, arbitratu utere tuo.
Hanc etiam ego conueniam, colloquar rogans,
Si est factura id ut sit officium suum
Faciat: sin aliter de hacre est eius sententia,
Respõdeat mihi, ut quid agam quàm primũ sciam
Ni faciat, illam quæ æquum est, haud sic auferet.
SA. In te omnis hæc spes est Abram mihi sita,
Te solum habeo, tu es patronus, tu mihi parens.
Ille tibi moriens me commendauit pater:
Si deseris, perij. ABR. Quicquam caue dixeris.
Neq; faciam, neq; me piè posse arbitror.
SAR. Abeo. domi nam me expectant dudum, scio
ABR. Nescio quid hoc negoti sit, nisi mihi
Male timeam, ne quam turbam faciat ea
Ipsa intus, & nisi præueniam. nam ita est homo,
Cum

Cum placo, aduersor sedulò, & deterreo,
Et uix tamen humanè patitur uerba optima.
Hæc (pia licet) præsertim mulier id facit.
Hinc quod solet dici uerum est diuerbium,
Per quatuor hanc moueri terram maximè:
Cum seruus ex plebe superbus regnauerit,
Si stultus est satur ciborum munere,
Si mulier odiosa in coniugio permanet,
Et cum suæ dominæ ancilla hæres facta sit.
Id mihi quidem euenire uideo nunc nimis.
Quare penes me res hæc est, meq; attinet.
Quid hoc (malùm) infœlicitatis est? nisi
Me credo natum his rebus nunc miserrimis.
Primus ego sentio & resciſco omnia mala,
Et primus obnuncio, solus & ægre fero
Si quid fit, aut minus me uel illos decet.
Hæc, me quidem non indicente facta sunt:
Ne fiunt etiam, quod testor, iussu meo.
Nunc redeo, num pacem componere liceat:
Ne maior ira feruens crescat. optimum est.

EX PSALMO XXXIII.

Chorus secundus.

Quæ ligat unanimes, pax sacra, fratres
Fructus ingentes utilitatis
Fert, quis nam dubitet dicere pacis
Commoda? per barbam balsama grata
Flectit ab ore pij, uestibus hærent,
Suauem dant pulchri floris odorem.

Sicut ros Libani in montibus altis
Spirat, & hinc Sion reddit ubiq;
Fertiliorem. Vbi concordia fratrum
Regnat talis, sanctus deus ipse
Transmittit bona cœlestibus oris.
Illa quies nummis non redimenda est.

ACTVS TERTII,

SCENA I.

Gabriel. Agar.

GAB. Ancilla Sarai, dic unde huc Agar uenis?
Vel quò cupis, per huncce desertum locum?
Heus quid taces? dic sola cur hic desides?
AG. Ego fugio à facie Sarai, dominæ meæ,
Quæ me modis duris tractauerit nimis,
Offensaq; obseruat, factorum Abræ memor
Veterum. melius est igitur abscedere procul,
Quàm multa me non digna pati diutius.
Ego me in manus domini commendo: nam ipse me
Enutriet, conseruabit famulam suam.
Nec alius est super hunc, deus, ter maximum.
GAB. Reuertere ad dominam tuam citissimè,
Et humiliare sub illius pia manu.
Veniam pete, ipsa enim miserebitur tui.
Filia, si inique peccasti, nil adijce
Tuis nouis erroribus, de pristinis:
Peccata quasi de facie serpentis fuge.
AG. Lubens redirem, redeam quo pacto refer.

Excluſit, & nunquam admittet, certa hoc ſcio.
Exul, pauens, inuiſaq; incerti laris,
Deſerta, pauper, quid precer? freta aut quibus
Abeam? gradus uel quis dux diriget meos?
GAB. Ego, redi ergo, uade ueloci uia.
Nam hæc res nihil conſilij habet, tace modò.
Neq; perpeti poteris hanc miſeriam diu:
Quin fac, redi, atq; potius ita te compares,
Perferre: nam res ipſa docet, & admonet:
Patientia nihil homini melius fore.
Confide, tecum ſum futurus ego Deus.
Semen tuum multiplicabo nimis ſuper
Terram, neq; id numerabitur præ copia.
Quia ecce concepiſti, & paries filium,
Cuius uocabis ſacrum nomen Hiſmael.
Eò quod audierit duram Dominus tuam
Affluctionem, & liberauit te manu
Forti ſua. laus tua tibi per Hiſmael.
Hic homo ferus fiet, manus eius quoq;
Omnes erunt contrà, & contrà hunc quidē omniū
Manus uiciſſim: bellator ſit fortior.
AG. Tu quia Deus uidiſti me, defende me.
Ibo ad meam dominam Sarai iuſſu tuo.
Quæ libera fui dudum, nunc contra in metus
Reuoluor, animus hæret, ac retro cupit
Corpus referre, moueo nolentes gradus.
Quid anime pendes? quid ue conſilium diu
Difficile torques rebus in certiſſimis?

Vanum putas quod dixerit Dominus? eo, &
Quemcunq; dederit exitum casus feram.
Horresco semper ubi pultare occipio nunc
Hasce ad fores. heus heus, Agar sum ego tua.
Prodit quis & nescio: concedam huc paululum.

SCENA II.

Sarai. Agar.

SAR. Et nunc quis hostium pulset, scire cupio.
Hem quisquis adsies, intro mecum huc eas.
Nil mihi respondes? pepulisti tun' has fores?
AG. Etiam domina, supplex fores pulso tuas,
Miserae mihi ueniam des, poenam deprecor,
Per has meas molles adhuc rogans comas,
Atq; ubera ista, penè materna obsecro,
Depone tumidas pectoris laesi minas,
Dolorq; fractus cedat è pectore tuo:
Et saepe donum in pluribus ueniae fuit.
Precor furorem siste, teq; ipsam adiuua.
Per ego auspicatos sacrati thalami toros,
Per spes futuras, per honorem Sarai tuum
Precor, breuem largire peccanti moram
Mihi tuae. Cumq; insciens peccauerim,
Defende saltem infelicis uitam meam.
A' me ipsa damnor: peccaui nimium tibi,
Merui manus praebere turbinibus tuis.
Agnosce paruulam prolem meo in utero,
Redde mihi uitam, fata ne extendam mea.
Veniam mihi da, recipe me comitem tui,

Agnosceq; famulam pro peccato graui
Poenae parum satis tibi esse ducito.
Si digna sum, rursum adde me comitem tuis.
Me uel sororem Sarai, uel famulam uoca.
Famulamq; potius, omne seruitium feram:
Te imperia regere, me decet iussa exequi.
Si uera pietas Sarai quaerenda est tibi,
Iam mihi manus miserae pias porrige tuas:
Remittere scelus hoc, erit pietas mihi.
Nil te malorum moueat uox clamantium:
Hanc ecce quam extrusit, rursum recipit eam.
Nec te moueat, quod totus in uultus tuos
Decurrat orbis, hinc & hinc populi fremant,
Totusq; poscat uindicem mundus suum.
Contemne famam, fama uix uero fauet,
Peius merenti melior, & peior bono.
Mentemq; saeuam flecte, non memor meae
Noxae, Deus uult hoc scrutator cordium,
Veniam petenti, quo praestetur gratia.
Caelestis ira quos premit, miseros facit,
Humana nullos: ergo posse consequi,
Me gratiam spero abs te largam protinus.
O misera pietas, si matrem mori uetas,
Et uiuere optas, si mori pateris tamen,
In matre pecces, & prolem custodias.
Et si nil hic uterus, aut pietas te mouet,
En sum parata, si tibi iugulo placet
Mersisse ferrum, siue maternum libet

Inuadere uterum, intrepidum mater tibi
Præbebit animum. sed si non totum scelus
A te peractum est, dextra sternar tua.
SAR. Tam fortis animus omnium mentes mouet
Ad misericordiam, ut mihi nunc fit quidem.
Nam obstare primus est gradus factis malis:
Pudor est secundus, si quisquàm peccauerit.
Veniamq; pro peccatis petere, est tertius,
Igitur ego ueniam dabo quarto loco.
Hem quæ fiem cognosti tandem? & quàm bene
Volui tibi semper? locoq; filiæ
Amauerim? satisq; spectata hæc fuit
Amicitia mea erga te, quam fecerim
E seruula liberta modò ut esses mihi.
Satis pericli adire cœpi pro tua
Vita. obsequioq; dum studeo meo uiro,
Penè meam illusi uitam. & res ita tulit
Tum, nunc tamen non fert, ego non amplius
Dolore proprio medicabor bono tuo.
Dubijs tamen miserta rebus, consulam
Tibi, tuoq; nascituro fructui.
Recipio in ædes te lubens rursum meas.
Ergo sequere me nunc intrò, facito tuas
Res ordines, ut cum partus tibi adsiet,
Desit nihil. AG. Faciam domina quæ iusseris,

SCENA III.

Deus. Abraam. Agar.

DE. Abraã, tuus ego omnipotens unus sum Deus
Perfectus

Perfectus esto, & rectus coràm me ambula.
Ponam meum fœdus nos inter firmiter.
Vehementer etiam te multiplicabo nimis.
AB. Domine Deus meus quid uis? seruus tuus
Ego sum. DE. Vide pactũ ponam tecum meum,
Et eris pater posthac multarum gentium.
Nec amplius uocabitur nomen tuum
Abram, sed hinc Abraam mihi appellaberis,
Quia te patrem feci multarum gentium.
Faciamq; crescere te dehinc uehementissimè.
In gentibus ponam genus nobile tuum,
Regesq; plurimi ex te egredientur boni.
Ponam meum fœdus, eritq; inter nos sacrum,
Vt sim Deus tuus, tuiq; seminis
Solus. daboq; semini post te tuo
Hanc terram peregrinationis Chanaan, &
Quam possidebunt semper cuncta secula.
AB. Domine rogo dic quò pacto hæc futura sunt.
DE. Fœdus meum perpetuò mihi custodies,
Tuumq; semen omne post faciet idem,
Studio sacro in generationibus suis.
AG. Summe Deus, ô pater, nũc seruæ me obsecro.
Fer Deus opem miseræ parturienti mihi.
ABR. Quid, quod Domine faciã tibi, mãdas mihi?
DE. Hoc est meum pactum, quod obseruabitis.
Circumcidetur omnis statim masculus,
Scindatur ex præputio carnis fructulum,
Vt hoc sit in signum inter uos pacti sacri.

Octo

Octo puer dierum scindatur probè
Vernaculus. seruus tibi quem paraueris
Circumcidatur, quo mihi sanctus siet.
Et sic erit pactum carne in uestra meum,
Dei tuiq; in fœdus æternaliter.
Et masculus, cuius caro non scisa sit,
Delebitur de populo, & de terra sua:
Quia fecit irritum meum pactum mihi.
ABR. Custodiam quæcunq; mihi mandaueris.
DE. Nec amplius tuam uxorem Sarai uoces,
Immò Saram: nam benedicam illi Deus ego,
Et tibi dabo ex illa (crede mihi) filium,
Cui sum benedicturus per cuncta secula,
Ex quo genus reges multi ducent suum.
ABR. Putas' ne centenario mihi filius
Nascatur ex Sara nonagenaria?
Vtinam superstes Hismael uiuat modo,
Coram Deo Dominoq; te sancto meo.
DE. Confide, coniunx pariet filium tua
Tibi, & uocabis Isaac nomen illius.
Pactumq; constituam solum in illo meum,
Et semini eius post eum æternaliter.
Super Hismaelq; exaudiui uocem tuam:
Ecce benedicam ei, atq; augebo illum nimis.
Illeq; duces duodecim generabit mihi,
Et crescere faciam illum in gentem maximam.
Pactum meum tamen statuam ad Isaac tuum
Quem tibi pariet uxor senectute optima,

In proximo hoc anno fœlici tempore.
ABR. Forsan putet quis, hoc nõ uerũ: mihi tamen
Nunc esse sic uerum, quo nil magis libet.
Ego deorum sempiternam adeò arbitror
Vitam, quod illis sunt uoluptates pares,
Propriæq;. nam mihi immortalitas bona
Iam est parta, si nulla ægritudo accesserit.
Deus uelit perpetuum hoc fiat gaudium,
Mali nec intercedat aliud quippiam.
Nunc ibo, & expectabo promissum Dei.
Sed quam procul uenire huc ad me conspicor,
Est' ne hæc Agar cum filio iam paruulo?
Ea est, salutabo nunc illam, & colloquar.

SCENA IIII.

Agar. Abraam.

AG. En filius tuus, quem genui, tibi patri.
Scitus profectò puer, ut sit saluus modo
Quæso Deum, qui mihi dederit hanc gratiam.
ABR. Fili ueni, meorum dilectissime,
In quo mihi spes est futuri seminis,
Promissione maximi Dei mei.
Et ipse te benedicet omni tempore.
Nunc fac Agar, curæ sit hic soli tibi,
Ne aut uspiam forsan cadat, neue algeat.
Ex lacte sit cibus, potus recens aqua.
Sit iusta noctu requies, sitq; interdiu.
Assuefacito timere in pueritia Deum,
Vt ipse longæuus sit in terra sua.

Nam

Nam qui timet Dominũ, huic non occurrũt mala.
Sed seruat hunc piè in tentationibus.
Et qui timet Deum, non trepidabit diu,
Et non pauebit, quoniam ipse est spes omnium.
Obediat tunc natu se maioribus,
Amet senes, nec quenquam præ se temnere
Præsumat, aut os alteri cui lædere.
Sic uita sit, facile omnes perferre ac pati,
Cum quibus erit, cumq; unà his sese dedere,
Nunquam præponens se alijs: ita facillime
Sine inuidia laudem iuueniet, & amicos pares.
Demùm omnia peragat uitæ mediocriter.
Comis sint in omnes, atq; aduersus nemini,
Deniq; pius, clemens, arridens omnibus:
Sic illum amabo, bene faciamq; sedulò.
Neq; quid suo iure agere tentet turpiter,
Vt liberorum nunc mos nostrûm est pessimus.
Mendacium fugiat, rem iuueni libero
Turpissimam, sit in ore ueritas suo.
Et si facit quæ fert adolescentia sua,
Ea ne te celet, consuefacias protinus.
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, a
Audebit, tanto magis audebit cæteros.
Id quod uideri nunc passim est hoc sæculo.
Væ uæ parenti qui conniuet liberis.
Et hæc patrum iam sunt communia omnium.
Nam quod senex in animo uix nunc cogitat,
Audet puer, nil interim considerans

Aequum

Aequum, bonum, prauum, prosit, obsit male,
Peiùs ue sit: nihil uidet, nisi quod lubet:
Ad quod patrum benignitas iuuat frequens,
Hoc tempore malum tam tritum, quàm pessimũ.
Puer rogatus uix pro se respondeat,
Si etiam necesse fuerit, loquatur semel.
Sit inscius multorum, quasi mutus tacens.
Neq; cogitet medio uirûm loqui senum.
Si diligis materno affectu filium,
Illiq; bene cupis, per uitæ terminos,
Impinge multum illi flagella sæpius:
Vt ipse lætetur nouissimo suo.
Qui filium docet, cum illo laudabitur.
Qui illum docet sub medio amicorum bene,
Ex hoc super prudentes gloriabitur.
Nam quo modo iuuenem formabis filium,
Ita senies eum in senectute optima.
Et si pater moritur eius, nunc est quasi
Viuat, quod hunc parem sibi reliquerit.
Indomitus equus est ualde durus, & ferox:
Ita filius remissus præceps fit nimis.
Qui delicatè à pueris seruulum suum
Nutrit, is eum pòst contumacem sentiet.
Ne des potestatem in iuuenta filio,
Curua cito ceruicem eius, dumq; liceat.
Vetulus canis duram non patitur urgulam.
Et tunde latera eius, dumq; est infantulus,
Ne forte post induret, & credat nihil,

i Hinc

Hinc tibi dolor fiet animæ maior tuæ.
Eius ne quicquam uide in turpitudinem
Scienter offendas, neq; causa sis mali,
Dominus enim peccatum de manu tua
Requiret, in generationem tertiam.
A G. Ego faciam quicquid mihi præceperis,
Custodiam mandata diligenter hæc.
A B. Abi, te ego rectà sequar post paululum.
Nunc confitebor tibi Domine, laudabo te,
Et nomen insuper hinc exaltabo tuum.
Solus Deus, quo non alius est sanctior:
Tibi nullus unquam similis fuit, ô conditor
Terræ omnis, et cœlorũ, elementorum omnium
Et quæ in eis sunt spirituum, magni maris
Dominator, ago tibi gratias ô bone Deus,
Quod mihi dedisti semen ex serua mea,
Ex quo tibi nomen meum præ cæteris
Charum esse dignoscatur cunctis gentibus.
Nunc alterum est, quod me consoletur senectæ,
Quia ex Sara promisisti prolem unicam.
Vtinam meos ille oculos, & matris suæ
Claudat, diesq; nostros iam uideat senex:
Patrijsq; solus utatur, post me, bonis.
Hunc esse genitum nemo non ex me sciat,
Ad gloriam Domine tuam fœliciter.
Aestus diei quàm nunquam grauissimus,
Titan diem lumine suo nunc diuidit
Medium, uapor surgit calidus, sudo grauiter.

Recreare uires gelido sub tegmine libet,
Tantisper, usq; currus flectit candidos
Phœbus suos, dum noctis tempus subruat,
Clarumq; cœli sidus, & noctis decus
Hinc luna, terris transmittat lumina sua.

SCENA V.

Gabriel, Raphael, Michael, angeli tres. Abram. Sara.

G A. En seruus Abraam meus, arboris umbra leui
Lassus cubat, captans opacum temporis
Frigus, lubet nunc alloqui pauciss imis.
A B. Dominus in hoc uere loco est, salus mea.
Nisi parum prospiciunt oculi, certe is est.
Si gratiam Domine inueni in oculis tuis,
Ne transeas seruum tuum, Domine obsecro.
En adferam pauxillum uobis huc aquæ,
Qua sic pedes lauentur uestri puriter.
Requiescite sub arboris umbra, ire non sinam,
Ponamq; bucellam panis cocti bene:
Quo melius, & cor confortetur intimè,
Post hæc licet transite quo uolueritis.
Idcirco enim ad seruum declinastis, scio,
Vestrum, facite igitur quæ dixerim modo.
R A. Fac ut loquutus es, festinans adfer huc
Quicquid parati habes, uel quod penu potest.
A B. Audi Sara accelera, quicqd habes promito,
Tria sata similæ misceas probissimè,

Et subcinericios panes fer optimos.
SA. En mi uir, hic habes penu quod contine-
AB. Edite uiri sancti, præter id habeo nihil:
Gustate quantum uultis, & bibite merum.
MI. Vbi est Sara uxor tua? cur nos non uisitat
AB. Ea intus est, subq; tabernaculo sedet.
MI. Ad te reuertens ueniam in isto tempore,
Vita comite, & habebit uxor filium
Tua paruum. SA. Ha ha hæ, mulier senex puer
Sic nos senectus nostra præcipiti sinet
Partu parentes fieri? credi non potest.
Mutatur habitus, nulla iam Veneris subit
Cura, & Cupido uadit incerto pede.
Iam uiribus desœta, non idem uigor,
Non ora tingens nitida purpureus rubor.
Populatur artus cura, iam gressus tremunt,
Tenerq; nitidi corporis cecidit decor.
Et, qui tenebant signa Phebææ facis,
Oculi, nihil elegans, nec suauius micant.
Et desinunt muliebria iamdudum mihi.
Meus maritus uetulus est, anusq; ego.
Cur nam uoluptati operam, quæso, nunc dare
MI. Quare Sara uxor tua risit, secum loquens,
Num ego paritura sum iam facta dudum anus?
Nunquid Deo difficile quicquam? credito,
Ad te reuertar iuxta conditum meum.
Et hoc eodem tempore, uxor tua Sara
Habebit ex te filium iuuenculum.

SA. No-

SA. Non ego domine risi. MI. Nam audiui, ne ne-
Risisti, & hunc sermonē contemnis meum. (ga.
RA. Adueſperascit: surgamus, abeamus hinc.
AB. Ducam domine mi te in uiam rectā bonam.
RA. Possum ne celare Abraam, quæ iam peragi-
Cum sit futurus in gentē magnā nimis: (mus?
In quo benedicendæ sunt gentes omnium.
Scio quoq; quod præcepturus sit filijs
Suis, & omni domui post sese suæ,
Vt bene uiam Domini Dei custodiant,
Atq; faciant iudicium, & iustitiam bonam.
Clamor Sodomæ & Gomorræ ascendit æthera,
Et multiplicatum scelus eorum peßimē,
Vltroq; magis huc aggrauatur mihi nimis.
Descendo igitur, ut inter iudicem pios
Et impios, exemplum sint alijs graue.
Soluantur igni, sulphure, pice sordida:
Corpora uirām insepulta ferientur solo
Rastris, aratro, perq; campos pascuæ
Hinc uentus uehet, & prorutus tumulo cinis
Mergetur, ossa fluctibus spargi sinam
Disiecta uastis: precium peccati sui
Dignum est, & hoc si quicquam poßit amplius.
Nunc quod minari maximum Deus potest,
Contingat, illos fata maturo exitu
Faciliq; soluant, in suo condant solo,
Et patria tellus peccantes grauiter premat,
Vt luce careant, inter extinctos male.

Sic uisito errantes, sed hos moneo diu,
Vias scelestas in bonum flectant suas.
Sed mortuis frustra loquor, uerba facio
Parietibus: uerum est, & ueritas latet
Nunquam, quia Deum neglexerunt me suum.
MI. *Nec abominandæ mortis auspicium pauet.*
Auspicia tamen hi metuunt, qui nil mage timẽt
Fidem alligaui iureiurando meam.
Si peiero, timere quis Deum potest?
Sic omnibus faciam, quicunq; negligunt
Præcepta mea, neq; uocem exaudiunt meam.
AB. *Nunquid Deus perdes iustum, cumq; impio?*
Absit, Domine, longe ut iustus etiam óccidat.
Fiatq; iustus, sicut coram te impius.
MI. *Si inuenio quinquaginta perfectos ibi*
Omni loco, dimittam propter hos uiros.
AB. *Quid si quadraginta forent, dimittis his?*
Triginta quid? uiginti quid? sed si semel
Cœpi loqui, quid si inueneris ibi decem?
GA. *Propter decem non delebo, dico tibi.*
AB. *Quàm misericors Deus, q̃ iustus & pius.*
Soletur omnes peccantes, uox unica hæc,
Propter decem dicens non delebo locum.
Quantus uide numerus erat peccantium:
Vide Dei quanta fiet ueniæ gratia.
Considera quisquis peccaueris male
Hanc misericordiarum multitudinem.
Igitur homo ne desperа, ueniam pete,

In hunc Deum confide, qui solus potest
Ad inferos ducere, saluosq; reddere.
In hunc respice, nec mundi spectes gloriam.
Nil sunt Cupidines, formæ præstantia
Nil, diuitiæ cadunt sicut folia arborum,
Gloria, decus corporis, honor mundi uagi
Transibit, ingens fastus diuitum perit.
Regum potentia, regna uolitant perditum.
Stabile nec est quod mundus maximus colit.
Et miror usq; adeò turbatur omnibus
Locis, & hoc nemo secum perpenderit,
Quod pariter omnes simus terrarum hospites.
Sed non minus quasi immortales nos fore
Aedificat omnis homo, nec quisquam sibi tamen
Aedes facit diuas, æternumq; stabiles,
Vbi perenni uiuat sanus gloria,
Cuiusmodi Deus dat diligentibus
Se. quod si homo secum mortalis cogitet,
Non esset impius uani lucri furor:
Nec tanta apud mortales imperij sitis,
Pro iure nec uires essent mortalibus,
Non eßet inter nos egens pauperrimus,
Nudus suam uestem ferret, nec alteri
Molestus esset quisquam, nec ius uim ferat.
Ascrea nunc fœlices terræ terminos
Regeret: sed hæc hominum fugit mores feros.
Totum per orbem maximũ exortum est malum,
Luxuria, pestis blanda: cui uires dedit,

Roburq; longum tempus, atq; error grauis:
Collecta uitia per tot ætates diu
In nos redundant, seculo premimur graui.
Sed has quid hic frustra rationes deputo
Mecum? satis mihi sit, qui certus scio
Omnia perire præter gratiam Dei.
Quæ pia uiget per seculorum secula,

EX PSALMO XXXIIII.

Chorus tertius.

NVnc Deum cœtu celebrate toto,
Qui Dei statis sapienter æde,
Consulat uestris precibus, benignas
Applicet aures.
Virginum turbæ, iuuenem, senumq;,
Tollite & serui duplices in altum
Hinc manus uestras, sacra subleuate,
Dicite laudes.
Sit Deus celsa benedictus aula,
Qui mare & terras superûmq; cœlum
Fecit in uerbo, posuisse sancto
Nos uelit orbe.

ACTVS QVARTI,

SCENA I.

Sara. Hismael. Isaac. Abraam.

SARA.

ID omnibus scio innatum mulieribus,
Stulte nimis nostris in rebus credulæ
Simus,

Simus, sed interim sollicitæ non parum,
Et nil uidentes quod futurum sit tamen.
Contrà mihi nimium fit nunc hæc omnia:
Nam contigit quidem, quod ego non credidi,
Fore ut ex me iam anu nasceretur filius.
Hem natus est, & gaudeo permaximè.
Risum mihi fecit Deus: quiq; audiet,
Ille mihi corridebit gaudens protinus.
Quis omnium auditurus hæc nam crederet
Abraamè sibi quod Sara lactaret filium,
Quem tum senex peperisset admodum seni.
Dimitte nunc seruam domine Deus tuam
In pace, quæ fructum uentris uidit sui,
Spem gentium multarum, sub cura tua.
Quàm cæteris in rebus fortunata sum,
Si hæc una res nunquam foret, præsentia
Pueri Hismaelis, utinam abesset longius:
Perfuncta sum satis, satias me iam tenet
Eius, mei Isac seruibo nunc commodis.
Hunc me pietas matris suadet solum sequi.
Segreganda mater est procul cum filio,
Cuius tuli mores, mea modestia
Diu satis: tempus aliud nunc postulat.

HI. Isaac ego mittam, tu mihi signa locum. (ras.

IS. Mitte igitur. HI. Heus huc huc telũ meum fe-
IS. Tibi tela frangam nostra, tibi nostrum puer
Rumpemus arcum cum pharetra, nolente te.

HI. Da mihi sagittas citius, da, dico tibi.

IS. En mater hæc sunt mea tela, arcus quoq;
meus.
HI. Arma arma Sara, flagito, cura properè mi
Detracta reddi, seruo inuitis omnibus.
SA. Profectò prædico tibi Hismael, caue.
Dolet hoc, pater sed nihili pendet. uæ mihi,
Vtinā hic propè adesset alicubi, atq; audiret hæ
Isaac ueni, sequere parentem me tuam.
Dimitte matri filium probum suæ,
Tam bene similes lactucas labris finito.
Tu meus es unicus, soli uiuo tibi.
Nunc abijt ille. te curo, tu me attines.
IS. En mater obsecro. SA. Vidi, atq; ægrè fer
Quicquam caue cum isthoc unquā post ægr
Sine, ego uidebo quid nunc porrò consulam.
AB. Hem tu mea uxor, quid fit, aut quid est rei
SA. Quid sit, rogas? si me uiuam mi uir cupis,
Eijce procul, cum filio ancillam suo.
Non est enim hæres cum Isaac nostro filio.
Neq; patiar diutius mea in domo
Hanc uiuere: aut illi cedam, si uis, ego.
AB. Abi domum. quis ferre posset amplius
Verba hæc tua, uel mores, ingenium pertina
Quicquid facis, esse mulier nuncquam desinis
Nequeo mearum rerum principium bonum, a
Idoneum inuenire, aut unde exordiar,
Ita tam repente, nihil opinanti, accidunt
Quæ credidissem nunquam, tamen oculis meis
Par

Partim uideo, partim accepi etiam his auribus.
Quapropter exanimatum reddunt protinus,
Nec quid faciam de me, planè nunc cogito,
Viuus uidens q; pereo, nec quid agam scio.
Si illum relinquo, eius timeo uitæ nimis:
Sin opem fero, iam huius uerba, & fugio minas.
Nam si me amare hunc ipsa paulum senserit,
Vel si libitum fuerit, causam aliquam ceperit,
Quo iure, quaq; iniuria det mihi malum.
Abeo, & quid huic rei sit opus plus consulam.

SCENA II.

Deus. Abraam.

ABraam tibi nihil uideatur asperum
Super puero, & hac ancilla cha ra tibi.
Omnia tibi quæ dixerit Sara, facito.
Audi illius uocem, quia in Isaac tuum
Semen uocabitur sacrum omni tempore.
Quin filium etiam ancillæ, in gentem maximam
Faciam, nam & hic tuæ naturæ semen est.
AB. Quando iubes faciam Deus nomine tuo.
Et si mihi charus, cum matre sit meus
Gnatus, tamen neglecto amore te sequar.
Heus euocate Agar, sed ipsamet uenit
Cum filio. nescio quid turbatum domi
Absente me sit. non frustra est, quicquid fiet.

SCENA III.

Agar. Abraam. Puer. Hismael.

AGAR.

Non hic quidem durare quisquã nunc potest.
Si sic fit.ergo quot mihi sint domini, uolo
Scire,aut procul ab oculis Abraæ discedere.
In tempore ipso.iam opportunè te mihi
Ostendis Abraam,Sara nos excluſit foras,
Abire iußit longius.nequeo satis
Quàm hoc mihi uidetur factũ praue prologui
AB. Ne sollicita sis, quòd minus redeas domum.
Nam hæc est uoluntas mea,nostri iussu Dei,
Vt segregem uos:hinc tu discedas rogo.
Ne me tamen facere istud cogites mea
Caussa,sacrum Dei responsum me admonet.
Quod ego tuam in rem sentio fore maxime,
Et Hismael tuum unà hinc tecum ducito.
Abi in aliam terram,quam monstrabit tibi
Dominus,ubi tu & filius manebitis.
Hunc sibi Deus faciet in gentem maximam.
Et ipse erit uobiscum,tibi timeas nihil.
Heus heus puer,defer plenos utres aquã,
Panesq; coctos nuper huc fer optimos,
MOX. PV. Iam hic adero. AG. Quid ita? quoniam
iubet Deus
Fiat,nihil negabo tibi,manda amplius.
Quia dominus nobiscum,diriget uias

In pace nostras:ibimus,quando iubes.
HI. Sic tam cito dimittes paruulum pater?
Quónam puer uadam,uiarum nescius.
Cur me hinc patrijs detrudis sedibus, quid est?
Itá ne breui spacio prorsus de me patris
Animum abijcis? quid ego tantum sceleris miser
Admisi? hei mihi. AB. Non sic fili mi cogites.
Haud ego minus patior ægrè id,quàm tu feras.
Nec aliud est,nisi quod tibi bene ex animo uolo.
Ast nunc Dei sequor consilium,quod dedit:
Meum tamen te filium esse credito.
Cum matre nunc eas,ipsaq; custodiet
Vitam tuam,cui sis proles charißima.
PV. En hic Domine sunt,quæ iussti adferri omnia.
AB. Bene est. Agar nunc accipe hæc humèros su
Et uade quò te rectà ducit hæc uia. (per,
Abi,uale mea Agar,hunc diligas rogo.
HI. Vale pater suauißime. AB. Fili mi uale,
Hismael,& hinc patris fac sis memor tui. (ter.
HI. Meus hercle uerò,& animo, & natura,pa-

SCENA IIII.

Deus. Abraam.

DEVS.

ABraam heus,Abraham. AB. Domine quid
uis? adsum tibi.
DE. Vidi quod omnia facis,quæ te iussero:
Me ipsum timens,custodis præceptum meum.
Quare tuus semper futurus sum Deus,

Et

Et mortuo te seminis sacri tui.
Nunc laudo quod famulam ablegaueris tuam
Cum filio. cui ego prouidebo bene.
Ecce tibi filium dedi, quod q; senibus
Vobis erat durum credere, soli mihi.
Ille tibi charus, & dilectus unice.
Hunc tolle tecum, unigenitum tuum, & mihi
Eum super montem, quem tibi monstrauero,
Offer in holocaustum, sine mora, suauissimum.
Nunc uade, nec quicquam quod iussi differas.
Hunc filium tuum, quem diligis pater,
Charissimum hunc Isaac macta, offer mihi:
Hoc uolo, iubeo, postulo, quod ut fiat uide.
A B. Noui, Domine, quod sis bonus in opere tuo.
Nec quid mali facias unquam, nec cogites.
Ibo, faciam quod iussisti seruum tuum:
Et offeram tibi filium charissimum
Mihi, senectutis dulce baculum meæ.
Domum prius reuertar, unde huc filium
Vocabo mecum: & si graue sit, faciam tamen.
Quod ita iubet Dominus, fiat, ius postulat
Suum, quia is mihi illum dedit: ergo auferat.
Nec quicquam ego molestus sum, nec uerbulo.
Hodie quidem commutabo tecum Deus.

SCENA V.

Aminadab. Bether. Abraam. Isaac Deus.

A M. Herus, relictis rebus iussit omnibus,

Nos, dum exeat, se expectare hic solos foris.
Et nescio, nisi rem diuinam Deo
Facturus ipse sit: namq; hos fasces iubet
Portare nobiscum. sed ipse exit foras
Vnà cum Isaac, ferens faculam ardentem manu.
A B. Isaac ueni, fasces hos statim subleua,
Tecum ferens me sequere, unà ambo hinc ibimus.
Vos hic pueri expectate, dum redeamus huc.
Ego & puer profecturi soli sumus.
Postquam Deum his adorauerimus montibus,
Reuertar ad uos protinus cum filio.
B E. Here quàm diu uoles, hic expectabimus.
Fœlix modo siet quod inceptas precor.
I S. Pater uide. A B. Mi fili quid nunc uis tibi?
I S. Ecce ignis, & ligna adsunt: sed ubi uictima?
A B. Deus sibi uidebit pro uictima bona:
Ne sis solicitus fili mi, perge citius.
I S. Eo pater pro uiribus meis. A B. Vide,
Huc pone lignum, sacrificabimus Deo.
Altare sacrum hoc est, ignis fac ardeat,
Fumus iuuat Deum hinc ascendens æthera.
Si quisquam adest uos inter præsentes uiros
Homo, paternis subiectus q; affectibus,
Is quæso secum perpendat quid sibi uelint
Hæc iussa cœlorum Dei, summi arbitri
Rerum omnium: & quæ sim facturus protinus.

In

In uictimam iugulabo filium meum.
Vide quot impellat ad hoc machinis Deus.
Hunc tolle filium tuum (inquit) unicum.
Cuius parentis animum nomen filij
Non commoueret? labefactaret quoq; ?
Et quo esset etiam hic aries fortior, addidit,
Charissimum. nec hoc contentus nomine,
Quem diligis, dicit. Satis poterant quidem
Videri ad expugnandum hæc patris pectora,
Quin addit insuper Isaac uocabulum.
A quo Deo audiui, In Isaac erunt tibi
Promissiones: plurimæ gentes sacræ
Ex hoc tibi, nascenturq; eius semine.
Et posteros optaui mihi dudum antea:
Nunc nulla erit posteritas, occiso meo
Gnato unico, per quem quidem futura erat.
Et hoc tamen non simpliciter facere iubet,
Sed imperat sibi immolari seriò:
Vt inter apparandum identidem patris
Excruciet animum. miseroq; mihi, orbo seni.
Nunc ubi meus paternus animus? ubi manet
Affectus ille pietatis? quis patris amor
In filium? si me roges, nullus foret.
Neq; id sibi satis uisum fieri fuit,
Vt sine mora interficeretur: namq; insuper
Montem iubet procul me excelsum ascendere,
Ad quem die ueni nunc tandem tertio.
Quibus putas mihi cogitationibus

Mentem

Mentem patri piam subuerti, & concuti?
Hinc sollicitante affectu humano percitè,
Vrgente contrà hinc iussu diuino Dei.
Quanto putas pulsata ariete pectora,
Mea manu cum ducerem huc hanc uictimam?
Quem non misereſceret obsequentis filij?
Cuius mihi patri simplicitas cognita est.
Hic innocens moritur, manu fera patris.
O homo, pater qui unquam fueris circumspice,
Cui liberi fuerunt chara pignora,
Qui nominis sui successorem sibi
Optauit unquam, quæ sit hæc crudelitas
Vide, patrem suo non parcere filio,
Et unico, & dilecto, deniq; paruulo.
Quem filij nihil misereſceret sui?
A patre uero credis hoc posse effici,
Vt filium occidat, maius monstro est nefas.
Quod si esset alienus, nec nominis mei,
Quid facerē? ut hoc non facerē, tam impiū scelus.
Natura mea nunc legibus cedet suis,
Nefasq; quod non ulla tellus barbara
Commisit unquam, ego committam audax manu.
Nunc si quid in me peccasset, non graue foret
Vlciſci inimicum. at cui noceret hic puer?
Cuius tenella ætas, suam innocentiam
Sic indicat, quòd quasi ouis uenit ad uictimam.
Quàm diligenter hic custodiat uide
Ignem, futurum quid sit ipse neſciens.

Hoc modo cupit, patris obsequatur iussibus.
O mens iniqua, & dura patris pectora,
O fata ineuitabilia, grauia nimis.
Quis nam dolor, tremor manuum, quis mihi ille
Inceßit animum? uel quis horror me mihi
Aufert, ut omnino animi uix compos siem.
Animus dolore contabescit maximè.
Ex hoc ego miser sollicitus sum die.
In hoc mihi fuit filio solatium.
Ecce omnis adempta est spes, omne gaudiũ.
Ego senex morior uadens sine liberis.
Nam quid ego nunc dicam matri Sarai suæ?
Quid porrò amicis? quem si forsan quæritent,
En ille filij occisor pòst clamitent.
Sed quid mea, quid hæc frustra mecum puto.
Quin iam Dei perficiam mandatum mei.
Hinc cedat affectus patris, cedant procul
Vaniq; cogitatus pectoris mei,
Et nominisq; generisq; propago mei
Cedat procul: nam quod iussit Deus, exequor
Nulla mora, satis sit mihi quod iusserit,
Potensq; tota mente dominetur Deus.
Tibi Domine fido, & in te omnis mea fides
Posita sit. Et nunc adeò cur id differo?
Quoniam Deus uult ita, fiat, nomine suo.
Dilecte mi fili, sacrificium Deus
Elegit omnipotens sibi uitam tuam.
Hoc iussit, & uult, qui creauit omnia.

IS. O mi pater, tuo parce mihi filio.
AB. Accipe Deus sacrificium gratus meum. (num
DE. Abraã Abraã. AB. Domine. DE. Nõ extẽdas ma
Super puerum, neq; facias illi amplius
Quicquam, satis cognoui quod timeas Deum,
Et non pepercisti gnato proprio tuo,
Propter meam laudem, & sacrum nomen meum.
IS. O mi pater, solue ocyus mihi uincula.
AB. Ecce illum arietem, inter uepres, adducito.
Laudo Deus tuum nomenq; opera tua:
Quia nil facis, nisi quod sit bonum mihi.
Accipe sacrificium hoc, tener caper est quidem,
Sit in holocaustum semper tibi suauissimum.
DE. Abraam Abraam, iuraui ego sanctissime
Per memetipsum, quia rem gratam feceris,
Et non pepercisti unigenito filio.
Tibi benedicam, multiplicans semen tuum,
Sicut per æthera stellarum numerus erit,
Et uelut arena quæ nunc est littore maris,
Sic quoq; tuum semen futurum est plurimum.
Semen tuum portas inimicorum malas
Vi possidebit, & in hoc gentes gentium
Saluæ futuræ sunt: quia sermoni meo
Obtemperasti, quod tibi reputabitur
Ad iustitiam rectam, per ora gentium.

SCENA VI.

Isaac. Abraam. Aminadab. Bether.

ISA. Quid nunc pater fiet? cur non imus domũ?

ABR. Recte mones, nũc igitur hinc unà ibimus
Aram super sine ignem hunc ad honorem Dei.
Sit laus, decus, gloria, Deo sanctissimo
Nostro, quòd omnia quæ uoluit effecta sunt.
Isaac ueni, spes unica nostri seminis.
ISA. Sequor pater te, non minus, quàm anteà.
AMI. Dominus uenit, uide, suo cum filio.
ABR. Recte facitis ô pueri, quod sedetis hic
Adhuc: redeamus ergo nunc properè domum.
BET. Timui domine, nec quicquam euenisse
Qui tam diu, discedens hinc, cessaueris.
ISA. Mater, scio, nos iam desiderio graui
Expectat. ABR. Ergo properabimus ipsi domum.
Quàm gaudeo nobis animi ex sententia
Procedere quæ uolui, non ex merito meo,
Sed gratia Dei: cuius manu omnia
Consilia mea ponam, & me illi dedam unicè.

EX CAPITE XX. EXODI.

Chorus quartus.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iam dicam tibi Christiane quæ sint.
Vnum crede Deum, modesta lingua
Iurandi male nescius per æuum.
Solis culta dies sacrata siet:
Maiorum timor, atq; amor parentum.
Non armata manus, sed absq; rixis
Viuas perpetuò, pudica uita
Sit, luxu sine, nec Cupido uexet

Te, nam dulcia mixta sunt amaris.
Non sis fur malus, aut iniquus ulli
Testis, quin studeas q; ueritati:
Hinc omnis ratio tuetur æquum.
Vicini domus, hortus, arbor, uxor,
Non debent animo placere nostro.
Fratrum cætera sunt in orbe nostrũm.
Hæc si rite tenes, dies per omnes,
Gaudebis magis, & minus dolebis.
Vitam quæ faciant beatiorem,
Iam dixi tibi, Christiane, quæ sint.

ACTVS QVINTI,

SCENA I.

Abraam. Eleasar, seruus Abraæ.

ABR. Seruum haud illiberalem præbes te mihi
Semper, lubens igitur bene faxim tibi quidem:
Verum est, & ipsa re experiere propediem.
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est, ita ut tibi sensi, suus.
Nunc, quid ego te uelim facere mihi, nota:
Manum tuam subter femur ponas meum,
Vt per Dominum rerum creatorem omnium,
Cœliq;, terræq; adiurem te firmiter,
Ne quando filio uxorem accipias meo,
De filiabus Chananæorum pessimis,
Quos inter habitamus. sed in terram hinc eas
Natiuitatis nostræ, & nostrorum patrum,

Et ad meam cognationem, nobilem
Pietate, genere, tempore, conditionibus,
Substantia, potentiaq;, moribus.
Inde accipe meo filio uxorem suam.
EL. Si noluerit huc mecum tamen ire mulier,
Nunquid tuum istuc filium ducere iubes?
AB. Caue, ne quando filium istuc ducas meum.
Dominus Deus cœli, soliq; conditor,
Qui de domo patris me deduxit mei,
Et de meæ natiuitatis terminis,
Qui mihi locutus est, & iurauit loquens,
Hanc semini propriam dabo terram tuo,
Ipse angelum coram te est missurus suum,
Vt accipias meo inde uxorem filio.
Sin te mulier sequi nolit, nullo modo
Teneris hoc iuramento mihi præstito.
Tantum meum ne ducas illuc filium.
EL. Ego tibi hoc iusto seruitio debeo
Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies,
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Quare domine, bona præsens iuro fide,
Quod diligenter sim facturus omnia
Quæ iusseris: neq; ulla in me fiet mora.
Iam uado, dominus sit uiæ dux, & comes.
Domine Deus domini mei Abraam te obsecro,
Occurre mihi seruo, quod constitui iuua.
Fac misericordiam cum domino Abraam meo.
Ecce ego sto prope fontem hunc cura confecta

Lassus, nec quò uadam, aut quid nunc agam scio.
Sed filiæ huius ciuitatis, huc aquam
Ad haurien dum uenient iam sub uespere:
Igitur puellæ cui dico, mihi da ut bibam,
Si id fecerit, dicens, bibas quantum cupis:
Hæc ipsa sit, quam seruo Isaac domine tuo
Paraueris, quam ducat coniugem sibi:
Quodq; misericordiam cum domino feceris
Meo, hinc facile cognoscam ego seruus tuus,

SCENA II.

Eleasar. Rebecca.

EL. Salue puella, rogo pauxillum aquæ mihi
Vt præbeas hydria tua, quo modò bibam. (sitis.
RE. Bibe domine mi quantum libet, et quantum
Quin & tuis camelis dabo, si huc duxeris.
EL. Accipe tuam uirgo munus formam decens.
Et dic mihi modò cuius sis filia.
Est in domo patris ad manendum mihi locus?
RE. Sum filia Bathuelis filij Nachor,
Quem peperit Melcha sibi longa ante tempora.
Palearum quoq; sat tum fœni habeo plurimum,
Et insuper spacioſus hospiti locus.
EL. Benedictus & laudabilis dominus Deus,
Qui ueritatem mihi suam non abstulit:
Et misericordiam mecum fecit bonam.
Qui me manu sua duxit fœliciter
Ad hanc domum fratris domini Abraam mei.

SCENA III.

Laban. Rebecca. Eleasar.

LAB. *Sunt mira quæ modò narrasti intus ser*
Etiam satis nequeo mecum mirarier. (Spon
ELE. *Ità ne domine spõdes?* BAT. *Cur nõ, qu*
Hinc tolle tecũ illam, domumq; ducito. (Spon
ELE. *Domine Bathuel ità ne spondes, hem?*
ELE. *Benedictus in secula Dominus Deus m*
Qui me reddiderit omnis uoti compotem.
Nã quid ego dicam plura? hoc confit quod
En hæc tibi sponsalitia munera iubet
Dari suæ sponsæ, en xenia tibi patri,
Et hæc tibi matri socrui probissimæ.
Et fratris, affinis suauissimi sui,
Hæc sunt. nihil restare uideo. nunc libet
Viuere etiam. Cur non imus rectà domum?
MEL. *Bene dicis. ite præ. nam ego cũ patre seq*

SCENA V.

Abraam.

Non est dubium quin uxorem Gnato ferat
Seruus fidelis, quem misi potissimum
Hac gratia, quod eius mihi cognita fides
Sit maxime: neq; animus me fallit meus.
Præterea ut est captus seruorum, non malus,
Neq; iners: nam solus meamq; familiam
Sustentat, & meæ gerit curam domus.
Cui ob eam rem, si quid usus tandem uenerit,
Lubens benefaxim: namq; de me meritus est.

Qui habet bonum seruum, hunc sibi seruet diu:
Nam nostra nunc ætas parum fidei gerit.
Tam dominus opus habet bono seruo quidem,
Quàm seruus optimo domino seruit lubens.
Seruus iunctus beneficijs animo facit
Omnia, tibi præsens, absens q; idem ille erit.
Malo coactus officium suum facit
Nullo ordine, negligenter domino seruiens.
Expertus hæc dico: dominus hæc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare seruulis.
Sed cur diutius absit miror, cogito
Tamen, omnia ex uoto sibi succedere.
Defessus ambulando, nunc uero domi
Certum obsidere est, usq; donec redierit.

SCENA VI.

Laban. Eleasar. Melcha. Bathuel. Rebecca.

LAB. *Ecquid placet nostra hæc regio frater tibi?*
Præ illa tua, quam multo dicis optimam.
ELE. *Non mala quidem, sed obsecro dimittite*
Me, ut ad dominum uadam, quod tempus postulat.
MEL. *Maneat puella nobiscum decem dies*
Saltem, quibus finitis tandem transeat.
ELE. *Nolite me retinere, quia dominus Deus*
Viam meam direxit mihi fœliciter.
Nunc igitur expeditis rebus omnibus
Vadam, ne culpã in me dominus hac transferat,

Satis diu gaudentes hic permansimus.
Præterea dominus me domi expectat, scio.
BA. Vocemus huc puellam, ut possis protinus
Quid habeat animi, præsens iam cognoscere.
Abi sororem ad nos Laban uoca tuam.
Et si potest fieri, mane hos dies decem.
Audi Rebecca, dic, placet discedere?
RE. Vadam pater mi, cum seruo sponsi mei.
EL. Vade igitur, ô mi filia, in pace domini.
Fac sis memor nostri, dum uiuis filia.
LA. Nostra es soror, crescas in mille millia,
Semen tuum portas inimicorum malûm
Possideat, æternaliter regnet super
Cunctas soli generationes fortiter.
Benedicta sis soror, uade in pace, & uale.
RB. Omnes ualete, tu pater charissime,
Et mater, & frater. BA. Dominus tecum fiet.

SCENA VII.

Isaac. Rebecca. Eleasar.

ISA. Exeo, patris iussu, num uenientem meum
Huc conspicer seruum. nam constitutum abit
Tempus. Sed hinc quos uideo ire obuiam mihi?
Nisi me animus fallit, profectò hic ipsus est,
De quo tacens agebam modò. nunc me nihil
Fefellit, & secum ducens hominum gregem
Horsum pedes pergit. quid sit, uix suffero,
Quin obuiam illis nunc eam. sed melius est,
Hic, dum ueniat huc, expectare paululum.

RE. Quisnam hic adolescēs est, nos qui intuetur
Quiq; per agros in occursum nobis uenit? (hinc?
EL. Ipse est Isaac dominus meus, sponsus tuus.
Here mi, tua uenit sponsa nunc, filia tui
Cognati Bathuelis, quam tibi dominus dedit
In coniugem, hanc tibi commendo domine mi.
IS. Veni Deo dilecta, mea coniunx ueni
Exoptata, meiq; thalami magnum decus.
Ingredere mecum sponsa mea, charaq; soror.
RE. Isaac ego tua famula, fiat quod iubes.
IS. Num fuit hæc tibi molesta deambulatio?
RE. Certe nihil propter teq;, & amorem tui.
EL. Ite intro nunc, nam expectat uos dudū senex
Abraam, diutius illi fuimus in mora.
Et uos foris frustra, moneo, expectatis hic.
Nam si quid est quod restabit, non hic quidem
Agetur, intus transigentur omnia,
Intusq; despondebitur. Vos plaudite
Sponso nouo, & sponsæ hymnum dicite thalami.

EX PSALMO CXXVIII.

In laudem matrimonij, Chorus quintus.

BEata fœminæ & uiri coniunctio,
Quæ sub sacrato fit thoro.
Qui bina iungunt, uno sensu, corpora,
Ex lege maximi Dei.
Et esse gratas nuptias, Christus, sibi

Monstrat

Monſtrat Chanæ ſub limine.
Hæc angelos cœlis, terriſq; corpora
Parit, fouens mortalia.
Connubium multis probant omnes modis
Dei, deæq; cœlites.
Maris nam arenam quiuis ante computet,
Quàm dona ter ſacri thori.
Felicius quod fit, ſi iam timor Dei
Præcedit, & ſequi ſolet.
Tunc te parentem coniunx prole plurima
Facit, domumq; liberis
Implet. tuæ ſtabunt domus in limine
Perchara uitæ pignora.
Nihil ſecus quàm ſi tenella uitis, eſt
Amplexa ramos, & grauat.
Fertilis oliua uel cum ſurgit palmite,
Extendit umbras longius.
Sic & lare aucto, ſpes parentum maxima
Aſtabit ingens liberûm
Cohors, tuam circum menſam perambulans:
Donec tibi ſub uertice
Cani ſeni creſcant, manuſq; languidæ
Soluantur imo corpore.
Hæc thalamus adfert ſacra uitæ commoda,
Quæ ſine longo permanent.

FINIS.

IOSE

IOSEPH,

COMOEDIA EX GENEſeos Cap. 39. & ſequentibus, Cor. Croco Amſterodamo autore.

DRAMATIS PERSONAE.

Mago ſeruulus.
Ioſeph œconomus.
Sephirah matrona.
Potiphar herus, præfectus ſatellitum regiorum, ut qui etiã præfuerit tum carceri, tum ipſi præfecto carceris, ut uidere eſt Geneſis 40.
Lorarij.
Puer.
Hanno pocillator regius.
Guluſa carcerarius.

PROLOGVS.

Quod eſſe fœlix omnibus uelit Deus,
Pariterq; fauſtum, quot quot eſtis candidi,
Nigros enim nihil moramur, ni prius
Seſe abluant, nouæ uoluptatis nouos,
Grege à nouo, ſum nuncius uobis datus.
Apporto nanque, non Plauti aut Terentij,
Quas eſſe fictas noſtis omnes fabulas,
Vanas, prophanas, ludicras ac lubricas:
Verum ueram, ſacramq; porto, & ſeriam,
Caſtam, pudicam, ſic ut ipſas uirgines
Dictaſſe Muſas, ac Mineruam deieres:
Nouamq; iam ſcriptam recens comœdiam,
Cui iure, cui ex re, Ioſeph nomen inditum.

Nil addo qualis cætera siet: cæterùm
Vostrum illud esto iudicium. At si illæ tamen
Meritò omnibus omnium eruditorum notis,
Censentur esse uitæ speculum, atq; eas
Spectare cuncti gestiunt, dum copia est:
Nihil minus, idem huic deferri historiæ
Aequom est: ne quid maius dicam, sed ueritas,
Hanc exhibere hic iam cupit, si operam datis,
Vostri fauore, uostræ item in spem gratiæ,
Encæniorum festas, quibus potest
Modis, honestatura sacras, auspice
Christo, simulq; Gratijs fauentibus,
Autore Croco, publicæ pubes scholæ.
Cæterum hoc agamus, huc qua uentum est gr
Vt argumentum dißeram comœdiæ.
Ioseph fideli pectore reuerens Dei,
Clari parentis filius clarißumus,
Pudore plus quàm uirgineo, cana fide,
Totáq; uirtutum catena præditus,
Domi malignis fratrum odijs exercitus,
Et demum ab ijsdem uenditus, in Aegyptias
Delatus oras, seruitutem seruijt
Satellitum præfecto regiorum hero.
Hîc dum gubernat creditam sibi domum,
Aetate florens lubrica, & forma pari,
Lubidinosis captæ amore amplexibus
Heræ petitus, nescijt corrumpier:
Fugiens, relicto quo prehensus pallio est.

Quod recipienti se domum illa coniugi
Prætendit, immerentem Ioseph criminans.
Eumq; falsis percitus querimonijs
Herus, profundo mancipat mox carceri.
Annis ubi duobus, aut eo amplius,
Clausus, profectæ regi dum diuinitus
Interpretatur prodigiosa insomnia,
Et missionem, & rem parit sibi simul,
Dei fauore, & auspicatas nuptias.
Sic uincere animum sueti, quàm quos cernimus, hi
Maiore semper post triumphant gloria.
Adeste sacri: res sacra est ut maximè.
Prophani adeste: res prophana est, sed sacrè
Tractata: quæ reddat sacros, lubentibus,
Vt par est, auribus recepta, ac mentibus.
Omneis proin opere maximo oratos uolo,
Linguis fauete, & rem totam pernoscite.
Quòd comicam si fortè quis licentiam
Pedum putarit incessendam, huncce moneo,
Faciat ne intelligendo ut nihil intelligat.
Extant bonorum exempla, qui cunctis placent,
Plauti ac Terentij: quibus, alijs idem
Licere facere, quod illi fecerunt puto.
Quorum æmulari præstat negligentiam, ac
Morosulorum obscuram diligentiam.
Quos ut quiescant potius, & faueant, rogo,
Nouo, pioq; puerilem pietatulam
Iuuandi publicè studio, & mores bonos:

Quàm

Quàm ut tam religioso oblatrent negotio,
Superstitione liuida. & ueteri in noua
Re uerbo ut utar, dent crescendi copiam,
Nouarum qui spectandi faciant copiam.

PROTASIS COMOEDIAE

ACTVS I. SCENA I.

Mago.

VT dura res est Dij, seruom
bero
Esse, alieni simul iuris & in
Iniquos adeò dominos hoc
tulit
Noctesq; diesq;, plus satis usq; est, & super
Quo facto aut dicto est opus, quietus ne sie
Aequõ an iniquom imperẽt, nihil iam pensi
Quodcunq; collubitum eis, licere postulant.
At olim heris, tum quom meliora tempora
Fuere, humanitatis certamen fuit:
Non, ut nunc seruos eodem, quo mulos, hab
Loco. Verùm illud duplicat molestiam,
Morosioris fortè seruom esse domini
Si contigit, Deo irato, quales ferè
Plerique. Cæterum multo ille miserrimus,
Heram morosam ferre quisquis perpetim
Cogitur, itidem ut nos hancce, iurgijs sine
Modo modestiaq; quæ scatet muliebribus,
Nulla adeò ex caussa. rixarum ipsa autor sit

Qu

Quocirca me foras eduxi ex ædibus
Parumper, hic ut nauseam leuem, modò
Intus conceptam, quæ quidem quàm commodis
Pridem esse moribus solet, nulli grauis?
Herus sed postquam liberius cœpit suis
Iampridem inseruire officijs, domo frequens
Abesse, Hebræi fretus œconomi fide,
Aut bile oportet, aut amore percitam.
Sed comprimenda uox est, atq; oratio.
Crepuit fores: mirum ni ipsa exit. ut nihil
Quieti loci relictum? eccam, ipsa adest tibi.
Vtinam mihi hîc esset quò me præcipitem darem.
Iam iurgio enecabit credo, imò scio.
Proin ocyus hinc me ut intrò cõijciam optumũ est.
Nam si responsem, irritem magis.

Hic senarius perficitur initio scenæ insequentis.

SCENA II.

Sephirah. Mago.

SE. Hem, quid rei
Tibi hîc cessator? iam'ne missus obsecro
Manu? quid hic monstri alis? MA. Ehò, dixin'
hoc fore?
SE. Hoccine agis, an non? MA. Ego uerò istuc mea
domina. SE. Vt
Te Iuppiter Dijq; omnes perduint scelus,
Quo nullus est scelestior qui uiuat hodie.
Nequeon' ego te interdictis audientem meis
Facere? abi intrò, & quod facto opus est, face: ni
uelis

Cerebro hic tuo uias dispergier. MA. Lubet

SCENA III.

Sephirah.

Prò dij immortales, quod genus hoc hominũ?
hæc coniuratio est?
Vno omnibus animo unum æquè studium ef-
aduersos heræ?
Iam'ne abijt ille? dicere hic quiduis licet?
male
Ego hunc metuo, ne mihi ex insidijs uerba
denti duit,
Circumspectator, cum oculis emissitijs: ita
Obseruat malus. ah Ioseph, Ioseph, quid ego
te laudem?
Vt dissimilis es seruorum aliorum? sanè
quidquam
Ita magnificè dici potest, uirtus quin ia
tua,
Quæ mentem animumq; excãtat mihi, pro
oblita sim mei:
Nõ ista uolgaris, quæ spe metuq; officiũ fac
Verùm germana, uero quæ studio facit.
Sed mihi nimiũ proba aduersus animi senten
Vel proximè q̃ grauiter appellanti respõd
Scelerũ esse uindicẽ, nullũ quẽ prætereat fl
Atqui maiores hi sunt ignes, uerbis q̃ qui c
Queãt. respõdet par uirtuti forma. plus q̃ h
Conueniunt mores diuini, morũq; amabilis

Tũ index ingenij, animiq; speculum, oratio, quàm
cordata?
Quid uerbis opus est? nihil pote suprà. credo equi
dem uirtutem
Vnà & naturam, in hoc certasse ornando: quidq;
posſent,
Vires periclitari suas uoluisse. ut non pudori
Mihi esse iure debeat, uni huic culpæ succubuisse.
Nequeo durare, tantũ mihi in pectore amor facit
incendium:
Qui amarore & mœrore me implet nimio. perij:
at ipsa
Sperabã infelix, & gratiã inituram ab eo, mihiq;
Fauore tam obuio sic deuincturã, nihil ut quidq̃
Recusaturus esset. quis etenim seruos homo tantã
Benignitatem herilem nõ cupidè amplectatur, atq;
Etiam bene secum esse actum dicat? imò non ma-
gnæ ducat
Felicitatis loco, herã habere supplicem sibi suam?
Quid igitur faciã? quid restat miseræ mihi? eheu,
nequeo (amo.
Quin lacrumẽ. quanto minus spei est, tanto magis
Nulla est me miserior: domi quæ quod amem assi
duè uideam,
Neq; potiri liceat: nec qua uia sententia eius
Flecti possit scio. sæpe iam eius tentaui animũ, sæpe
Præhẽsum solũ adorta: monui, cũ bona potius mihi
Vt obsequeretur gratia, q̃ cũ malã. frustra omnia,

Repulsa, spreta: rursum illi supplex fiã, q
Magis indurescit? meq; aliarũ ex morib. ex
Patiar, iniuria quib. amorẽ addit miserè? nõ
Et si me amor grauiter tenet. Potius me ill
parabo,
Non perpeti superbi fastidia. quod utinã po
Nihil prius, neq; fortius. magis lubet putare,
Haud obstinatione mihi negasse. sed pudore.
Illud cogito, si fortè tandẽ expugnari queat,
Deinde in amore futurum mihi constantiorem
Experiar itaq;, etsi iam sæpe me spes hæc fr
ta est.
Deos quæso, benignus erga me ut sit: quod e
ne grauetur.
Aggrediar blandè, ac benedicè: spero emolli
satis'ne
Sic culta incedo? satin' hæc me uestis decet?
equidem
Operam sedulò. ita poliendo atq; ornãdo hũ
triui diem.
Vah, Salus mea seruasti me. optumè, ipse exi
Diem festiuom, & amœnitatis plenum hunc
ciem bene
Pulchram. quantũ ore egregio decus enitet!
gratia?

SCENA IIII.

Ioseph. Sephirah.

IO. Hic heram astare aiebat Mago: atq; ecce

SE. Nunc est mihi
Adeundi ad eum tempus: acceßero. IO. Quid huic
hic est rei?
SE. Dij mihi uortant bene. IO. Pax tibi hera. SE.
Ioseph mi, maxumè
Animo exoptate meo, mea uita, mea uoluptas unica
IO. Ecce autẽ iterum. SE. In quo uno spes opesq;
sunt sitæ meæ
Omnes. IO. Eia. SE. Per ego te deos, oro, misereat
mei
Te, cuius tibi potestas summa seruandæ datur.
IO. Missa isthæc face. SE. Quid, missa? ô Ioseph,
Ioseph, utinam mihi,
Vtinam esset pars æqua amoris tecum. IO. Ah odio
me enecas.
SE. Itáne odisse tibi uideor, amore quæ pereo
tui?
IO. Obtũdis. an ego, quæso, toties de eadẽ re audiã?
Equidem te alia de caussa adij, si pateris: quod mi-
hi tua
Intus opera sit opus. SE. Et mihi hìc tua, mea amœ
nitas.
IO. Si quid uis æqui ac boni, tua est: utere, atq; im
pera.
Si quid honesti est, non defugiam autoritatem. SE.
Hem, dignior
Fuit'ne quisquam amore qui esset? non humanum
est per Deos

Credo:nec mirum si te mihi difficilem præbeā
Tam bellũ,atq; præclara uirtute .IO. Ne te
Amor, ac ueritas prouehat. SE. Hau, sic est:
prædico.
IO. Si quid istiusmodi est, Dei munus id est:nõ
Ad alienã datũ iniuriam,sed ad honestatẽ
SE. Hei quid formose auertis ocellos istos,
mihi
Huius luce gratiores? aspice in me:ita te beet
Semper amor. IO. Decet non animũ habere
sed oculos item
Continentes. SE. Eia,nihil nimis. summa uirtus
Interest uirtus. decebat te quidem,prioribus
Neutiquam repugnare precib. meis:tum quòd
Hera sum,quæ imperare meo pro iure possum.
cogere
Quæ uelim,ut facias: tum,quòd uehementi
amore tui.
Qui mihi tantum abest ut se remittat, ut magis
magis
Crescat indies.neq; iam par esse diutius queam
Meq; cogat dignitatis obliuiscier meæ.
Tu contrà,obliuiscere modo conditionis mihi
Et quod ultro defert domina,uotis etiam, si
Optandum, accipe,dum tibi copia est, dum
fert tua.
Quæ tua forma sit uides. IO. Formæ atq;
gloria,

Fluxa & fragilis est:uirtus demũ una, clara,æterna q;
Vera forma est,oculis quæ placet Dei,quæq; pro-
uocat
Ad honestatem, non quæ mentes lubricas mortaliũ
Sauciat.sed non est consilium hera. SE. Cur nõ, lux
meæ?
At quæso in rem hoc tuam erit. IO. Vt quidem e-
moriar,prius quàm eò
Dementiæ ueniam. SE. Quæ hæc pertinacia est? nõ
credidi
Equidem,adeò inhumanum fore.eodem tu nempe,
ac cæteri
Ingenio es:qui semper muliebri lubẽtes sunt malo.
Obsequere sanè:ac corrige, quod pridem peccasti:
nouas
Nec preces expecta.haud decet istos mores tam a-
mabiles,
Istã formã ita liberalem,istã deniq; animi indolem
Adeò generosam, supbia,ne in principe quidẽ uiro
Tolerãda satis. IO. At decet cõstantia. neq; morib.
Cõuenit,nec legib. Hebræorum,ut alienum thorum
Violent:sed primæ tuendi pudoris cura est, integri
Nuptiarum fœdere iungantur sponsis ut integris.
Ne tu igitur mihi,quẽ amare dicis,noceas: sed fine
Quam tribuit deus sortem,tueri. SE. Imò, ita uolo,
respice
Seruitutem tuam. IO. Equidẽ corpore seruos sum,

non item (q

Animo. hoc me, haud illo, metiri par est. &

Si respicias animũ, potius quàm istam, quæ

impulit,

Conditionem herilẽ, & fœminæ tibi laudẽ

Auferas, & mihi demas molestiam, quotidiè

Qua me obtundis miserè. nam uel sermones

Lapides mihi uidentur meri: unde æstumes

Quanto res sit ipsa odio. neq; iniuria. non

Ne quid erres, seruitute cessit extinctus pud

Sæpe indignũ q̃ premit uirũ. proinde istã, pr

Exue mentem, mea hera: spemq; consequendi

Quæ quidẽ, ut temere sumpta, huc (nem

te cupidinis perpulit.

Ita penitus abiecta, in tranquillum cito resti

statum.

Quàm multas fuisse nobiles matronas credere

Quæ forma captæ aliena, tamen animo temp

rint suo,

Nec turpi uoluptati decus pudoris cesserint?

Iudicium, non affectum, qui semper inconsulta

Adhibe in consiliũ. finẽ respice. nec tam consid

In præsentia q̃d, quàm quid semper placiturũ

Nunc uelle iuuat: mox uoluisse pigebit. at qua

quidem

Satius, eas cupiditates proponere in animo sibi

Quas & expetere honestũ sit, & assequi præc

rum? Illud

Scitũ

Scitũ est, non admittere quicquid corrigi nunquã

potest. (ra.

Nulla reparabilis arte, semel læsa pudicitia est, he-

S E. Facilè tu isthæc fabulare, mei securus: ast ego

Sentio misera. non potis est: nam si tam tibi amari

graue est,

Quid mihi sit amare cogita. emoriar, nisi impetrẽ.

IO. Isthuc sanè præstat, quàm sese scelere nefario

Cõmaculare. S E. At uolgò id faciunt. uitium com-

mune omnium est.

IO. Vt sit, tanto nos eam maculã effugere glorio-

sius.

Cogita tibi matrimonij non uiolandam fidem,

Nec mihi seruitij. talem etiam maritum neutiquam

Fallendũ tibi, neq; mihi herũ, de me tã meritũ bene.

Quod si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

Ei' ne ego tantam malè gratus reponã contumeliã,

Pro immortalibus eius beneficijs? tũ uerò pessumo

Peior, ac malo quouis dignus siem. S E. Amandus is

quidem,

Digna q̃ præmia præclaris meritis reddiderit tuis.

Sed beneficium promeruisse, retulisse gratiam est.

Neq; nos nihil meritæ sumus. at enim illum facilè

latebimus:

Ne quid te hoc solicitet meticulose. IO. At non De-

um: neq;

Latebra ingenuo impunitatis spes, sed innocẽtia est.

Adeon me ignauom putas, aut porrò ingratũ, aut

perfidum,
Aut prophanũ, ut neq; benignitas me, neq; p
neq;
Relligio cõmoueat, neq; cõmoneat ut seruẽ fi
Tum, noui probè heri animum: aduortit gra
quæ non censeas.
SE. Oh, ille ne, qui ipsus me negligit? ne quid
re, mihi
Isthuc curæ erit. IO. Et mihi quidem, ut ne, c
quod queam,
Stultè admittam, nam. SE. Hau, nunquam nec
des mihi: frequens
Solitudo domi, illius porrò quotidiana absenti
Pax. & si quid maxumè subsentiat, putabit e
Te mihi charũ esse, q, ipsi intelligam esse char
Vt uirtus meretur tua. IO. Decet ingenuum
ritas
Sine fraude, etiam si latère possit. nam sibi re
Quisq; est prius, quàm alijs. SE. Olim isti
quondam fuit
Laus apud seculũ prius: nũc hoc aliam tam
Affert, alios mores postulat. Isthuc sapere e
quam ita
Offirmato esse ad uitæ institutum animo, qui
Si quid conducibilius res, ætas, aut usus tibi,
Amplectare. IO. Quin, cum turpitudine esse
potest
Conducibile. SE. Ohe, ne tam seuerè q

oculos age
Horsum in me tuos deflecte, mea lux: intuitũ simul
Et basiolum largire, isthuc ut fas sit pignus tui
Mihi ferre. IO. At qui tu illud scito, flamma fumo est
proxuma.
SE. Hoc mihil dicis. abi, nunquam cresces: nescis
obsequi.
IO. Nil laboro crescere per flagitium & turpitudi
nem. SE. Hei,
Ne tam obfirma. acerbũ hero funus facies, nisi tui
Mihi copia fit. exorẽ sine. gerito amãti morẽ mihi:
Ita herũ industria, me obsequio demerueris: et gra
tiam
A me solidã perpetuamq; inieris, ac bene stabilem.
IO. Auortat Deus, ut animũ humani fauoris gratiæ
Ad malas unq; adducam partes demens. potior bene
Natis institutisq; esse debet semper ingenijs, (ne.
Ratio honestè uiuendi, quàm gratiose. SE. Ah desi-
Frustra tu isthæc fabulare, quæ mihi animũ accen-
dunt magis.
Si unquam erga te animo esse amico, mi Ioseph, sen
sisti, uti (go:
Hanc mihi unam gratiam des pro illa, nũc ego te ro
Misereat te mei, bis miserandæ, & amantis, & fœ-
minæ.
Quod ego te per has lacrumas oro, & Genium tu-
um: per mala
Mea, quorum tu unus potes esse leuamen. IO. Ah,

ne

ne me obsecra:
En dominus meus cũcta meæ fidei mãdauit,
In manum adeò tradidit, omniũ ipse securus:
A' mea quidquam exemit potestate, extra u
hera.
Quid tandem ergo in animum inducere pote
tum mali,
Vt peccem in Deum?
SE. Quod gratis datur boni, amittere, Iosep
tia est.
IO. Atqui isthoc bono nihil peius, nec est mi
tbi.
Sed nusquam me auelles: sat habeo offirmatũ
Deo
Excelso fretus. SE. Miseram me: ergo disper
mihi.
Ioseph, Ioseph, prò, prò, ego iniquis nata fatis
cine
Decipis me, ita blanda fronte dirum adeò am
tegens?
IO. Imò tu me decipis. Nam ego tibi nihilo
sum, ac fui.
Tu, mutatis moribus, iniuria pro beneuola es
SE. Ingrate, nuncubi benevolentiam meam
In te sensisti claudier?
IO. Non equidem eò dico, mea hera: sed quod
tidianis tuis,
Surdas iam aureis reddidisti mihi, appellationib
Co

SE. Crudelis, quĩ tam commodum conseruis præ
beas tuis,
Egon' una tam durum experiar? an me in misera
periculum
Facere uis, grauitas & inhumanitas quid' nam pos
sit tua?
Si amore nõ flectare, senties quæ odiũ ferat meum.
Vel ex coacto, amorem explebo meum tamen.
IO. Amor affectu exhibetur, haud ui cogitur.
SE. Vltro ad uirũ querelam deferam. IO. Falsam.
SE. Quem sic tibi
Incensum reddam, ut ne restinguas, lacrumis si ex-
tillaueris.
IO. Nõ sunt isthæc iam, amantis dicta. SE. Senties
iam, quæ siem.
Virum si noui, debitas scelestus hero pœnas dabis.
IO. Miseret me tui. SE. Ten' me irridere inultũ ser-
uom hominem sinam?
Mortuam me malim. IO. Quod ferũdũ erit, feram:
deniq; animam
Potius relinquam. SE. Itan' solido ex adamante pe
ctus est tibi,
Vt neq; lacrumis, neq; precibus, neq; precio flecti
queas?
Vide quid agas. IO. Stat sententia. SE. Nimis præ-
fractus es. IO. Mihi
Sum. SE. Imò uerò mihi miseræ, merito haud meo.
Sed per Deos, si quis precibus locus, caue: neu me
adegeris,

adegeris,
Vt talis in te fuero Ioseph, qualẽ neutiquam
10. At tu cauc commiseris, ut ipsa talem te
Exhibeas, qualem neutiquam decet proba
Hei cur ita
Apertè indicas malitiam? saltem lactares spe
10. Haud meum est.
SE. Si non ames, tamen odium tegeres. sed qui
ta hunc rogo?
Satis' ne fastidit mei? ô facinus indignum. nu
Et illum scelestum esse, & me miseram senti
quid agam scio.
Abeo intrò, quãdo proficio nihil. tu uideris, s

SCENA V.

Ioseph.

Abijt. Deum immortalem, ut insanum est am
prohibeat
A' me Deus tantam amentiam. sed quantum in
xi modò
Eius sententiã, aliquid hæc mihi cõficiet mali
Quid agam, aut quid consilij capiã scio. si huic
sequor, Deum
Offendo: sin repugno, huius minas timeo. non
Ingenium mulierum, uehemens in utranq; par
tem nimis,
Siue in amorem, siue in odium. neq; Deum, neq;
mines respiciunt:
Nec æqui ratio ulla cõstet, aut boni, dũ quod stu
Effectũ

Effectum redd int sibi. se quid mea? quid timui au
tem belua?
Præter culpam & peccatum, nihil homini accidere
potest graue.
Quiduis satius est perpeti, q̃ uirtutem relinquere.
Cedat, quod cedere æquom est: appetitus rationi
pareat,
Voluptas uirtuti, corpus animo ancilletur uile suo.
Ne sic insaniam, ut tranquillã recti cõscientiam, et
Quietam mentem, maxumũ utriq; in reb. solatiũ,
Turbida & inquieta permutem. Tũ castitatis usq;
Amplexus dulces: mellis plurimum, fellis nihil (sunt
trahunt.
Amoris contrà etiam mel, fel merum est, ex uero si
æstumes.
Lubido, ut auaritia, inexplebilis est: meliusq; cauetur haud
Experta. non sic mei me assuefecere parentes, ut
thori
Subsessor alieni fiam. Verùm pudicitiam, simul
Pudorem rectũ, & sedatũ cupidinem, Dei metum,
Bene factorumq; amorẽ docuere, & fidem. Ego ne
ergo domum
Eam, in qua clementer adeò sum habitus ac libera
liter,
Incesto polluam impius? perij, hanc ferat uirtus no
tam?
Nimis ignauos sim, si quom fratres, ob sororis
liberæ

liberæ
Puellæ raptum amoris uiolentia concubitũ
Pensandum regijs, uiris ad unum cæsis, relli
Spoliarunt urbem, ego tantũ facinus molli
mittam mea.
Si obliuiosior sum, uel locus hicce rediget in
riam,
Scuerè castigatũ à Deo Parhonẽ, cum dom
Ob uerbũ Saræ proauiæ meæ, et uicini Abi
Simili in re coërcitam uoluntatem. Quid Nic
generis
Nostri orbisq; instaurator? ac Loth itẽ, ani
elis mei?
Nonne inter omnis summã turpitudinis licen
Honestatem sanctè tutati sunt? nec illum tot
Exemplum mundi fregit, hic contra regioni
Totius tenuit sanctitatẽ: proin ille diluuio
est
Ereptus, hic incendio. Non ego nunc primu
Aduorsa ferre didici: sed quicquid feret Deus
Sic est placitum, feram usq;, & perferam, ips
pe fortiter.
Malum qui patitur, idem post potitur bono.
Sed sic uerba hic facio, quasi negotij nihil ip
Ibo intro. Hei, quàm timeo, quorsum hæc re
sura sit mihi.
Ita obstinatè operam dat, ut me illiciat. ô De
Me commendo, et salutem meam. quæso imp
pid

Compesce dominæ, & me adiuua, ne animum labe
factet mihi.

ACTVS II. SCENA I.

Sephirah intus.

PErij misera, uæ mihi, uostram fidem obsecro.
Properate: ferte auxilium imbelli fœminæ.

IOSEPH EFFVGIENS.

Sancte ô pudor, quæ hæc est audacia? hoccine est
Muliebre factum, aut incœptum? hoccine officium
Heræ? modò ut introij, fortè illa solitudinem
Nacta, ferox, pallio me apprehendit: ad se trahit.
Procax & importuna lubido est: tum impotens
Autem fœmina. si pergas aduorsarier,
Ex insana insaniorem facias. sentium
Similis est: quem quem attigerit, malo aut damno
afficit.
Atq; illud ipsa discit experientia
Semper, cui cum illis res incidit. itaq;
Cuius finem haud uidi, abrupi negotium.
Vestem amisi: pudorem sed mecum extuli.
Nudus non est, nisi culpa quem nudauerit.
Pudicitia, decus ipsa suum est. Videlicet
Quæ extra nos, nihil ad nos: animi demum bona
Solius, & propria sunt, & æterna. fuerit
Sanè, fuerit patientiæ, hactenus improbas
Tulisse preces, seruitutis respectu meæ: at
Tam apertam ferre contumeliam, mera

Quidem sit ignauia. mori me satius est.
Dum uerbis egit, uerbis uerba rettuli.
Nunc ita tulit necessitas, res ut forent
Referendæ rebus. inuitus feci, nisi
Quia necessum fuit. nam quid agerem, nisi
Vt me, quàm minimo possem, captum redimerem?
Sed quum cogito, succensere illi, iniurium
Me sit: quando otio perpetuo, fomite
Nimirum summo amoris, corruptæ, nihil
Quod faciat supereſt, præter amare: cæterum
Mihi nulla iurè sit peccati uenia.
Vtinam hoc sit defunctum modò. Vnde quod
Me expediam, incertus sum: ita subitò obiecit
mihi.
Neq; cunctandi copia est. herus iam aderit.
Peiore non potest res, quàm in quo nunc mea
Loco esse. Vah nunquam seruorum æquè mo
Mihi dura uisa est conditio. papæ: quæ illa
De me iam confictura hero est, ut uidi eam
Esse habitam? imò quæ non confictura est? sa
Eheu constat, quàm amari sint in fœmina
Stimuli, lubido & ira. quæ uiros quoq;,
Quæ non audere scelera cogunt? quid igitur
Faciam? aut quam' nam causam afferam? dic
ordine
Vt res habet? meq; expurgem? minime opus
Neq; placet, tantas ut turbas domi excitem.
Quod sanè nolim, maxumè heri causa mei.

Scitum est profectò, & in mediis malis ea
Sapere secum, quæ sapere est opus: tum ipsum id
malè
Metuo ut credat mihi, soli, ætate lubrica,
Et indulgentia tanta. sat est. meum
Feciſſe officium, si non id fama approbat.
Tacebo, & si mihi magnum ex hoc malum scio
Paratum. præstat suum tolerare incommodum,
Quam malè alienum labefacere commodum.
Illiberalis prorsus est animi, sui
Studio, alienam extimationem lædere.
At at, eccum: herum uideo. actum est, nisi quid opis
Deus
Dat, disperij. abeam, an maneam? adeam, an fugiã,
Incertum est. una hæc spes est, quidquid accidat,
Dei sumus. postremò, quando conscius
Ego sum mihi, à me culpam esse hanc procul, nihil
Mali accidere, innocentia incolumi, potest.

SCENA II.

Potiphar.

Magnam sibi quietem comparauit, seruom qui
bonæ
Frugi comparauit sibi, per quem præsens absens q;
item,
Defecato esse animo possit. uti ego, quom Ioseph
meum
Emi, fœlix, de Ismaëlitis negociatoribus.
Vt mihi iam inde usq; seruijt obsequẽter maxumẽ

Iuxtaq; fideliter, atq; ex animi sententia mei.
Nec minus etiam, quod uel primum puto, fidei
Vt, quo cũ Deũ esse prosperantẽ cũcta sub
Eius, sensi. Itaq; feci, ut iusta illi apud me
Esset: neq; adeò indulgentiam desiderare
Nec benignitatem posset. ac deniq; cunctis
Præfeci, otioso mihi ut esse liceat, atq; animo
qui.
Sic uita est: heris morigerus esse, eorũq; per
Inseruire commodis, incommoda atq; iniurias
Omneis conseruorum ferre, & tegere
Sibi studio habet: nulli lædere os, aduorsus
Compositus, pudens, modestus, placidus: serv
berum
Ingenium, atq; animum. sic siet modo, ut
quæso Deos
Deasq; omneis. Atqui hic profectò captus
risumus,
Id genus quis sortiatur ut seruom. contrà
Et seruom frugi malæ, nihil negotij ubilibet
Nanciscì: qui ad heri fraudationem demũ,
Ingenium gerunt: in quibus hero nihil quidq
præsidij
Si absit uspiã, aut ubi si cesset. Itaq; iã heri
Penè tanq; ægris ex medicorũ præscripto
Vix pedem, miserùm, efferre domo concedit
hac ego
Expediui me molestia, pariter ac rem meam

Constabiliui. Tum est & alterum, unde iure mihi placeam,
Quod habeo uxorẽ, ut uolo, placidam, probamq;, quæ me amat,
Et magnifacit, suos pudicæ itidem ut uiros solent:
Quam ego contrà amo. Proinde duas has res habere me,
Præter alios, præcipuas arbitror: uelit deus modo,
Vi sint perpetuæ. Sed quid hoc negotij est?
Proh Dij immortales, quem conspicio exanimatũ,
expeditum
Pro foribus? est' ne hic ipsus, quo de agebam? &
certè is ipse est.
Perij: hoc qd sit uereor. nequeo satis mirarier. neq;
Conijcere scio, mihi nescio quid animus præsagit mali.

SCENA III.

Ioseph. Potíphar. Mago.

IO. Eheu, nec quid agam, neq; quid huic respondeã scio. & pudet
Carere lacrumis, in maximas subitò redactum
Has calamitates: quas oculi, mentis bene conscię testes,
Recusant fundere. nisi sic faciam, ut constitui.
POT. Per tempus aduenio. Hem, quid istuc obsecro est mali? satin'
Saluæ? dic mihi. siles mi homo, atq; ora pudibũda contegis?

Quid est pudendum? Hei mihi, quid me abs
batum est domi?
Quid sic ingemis? ecquid taces? diuinus haud
nec, nisi
Audiero, cognosse queam. Heus heus, prodi
quis actutum.
IO. Here mi. PO. Quin dic, quid est? IO. Per
Dij melius faciant: sed
Quid periisti? quidquid est, eloquere age o
mihi.
IO. Ah. PO. Quid ah? age, ingenuè mihi fat
soles.
Haud clam te est meus in te animus, ille ama
& propensior,
Scito, cæteris quàm erga suos esse famulos so
IO. Fateor mi here, & immortales tibi gra
beo atq; ago.
MA. Præsto sumus here, si quid uis. PO. Qu
res domi? quæ res noua est
Quæso? tacetis? Hem quid tandem hoc est
Quòd mihi eodem omnes situs affecti modi
IO. Mi here, equidem id te arbitrari, quo
uelim:
Quidqd huius factũ est, culpa haud factũ e
Sed ita tulit necessitas: in eum res redierat
PO. Quæ, malum, res?
Cesso hinc ire intrò, ut hoc quamprimùm, qu
est, certum sciam?

Vos istum asseruatum curate mihi tamen.

EPITASIS COMOEDIAE.

ACTVS III. SCENA I.

Potiphar. Sephirah. Ioseph. Lorarii.

Prò deum atq; hominum fidem, ex illon tam illibe
rale esse facinus
Ortum? SE. Sic res habet, ut dixi, mi domine, uel
hocce pallium
Documento est, ipsius q; fuga, & tota clamoris te
stis mei,
Vt audisti, familia. PO. Me miserum, ut nulla homi
ni est felicitas
Diuturna in uita? quin si læti quid euenit, illico
Acerba multa se cumulant: quæ mihi nec opinanti
accidunt.
Euge serue bone, columen uerò familiæ,
Cui maximã habui fidẽ, tun' illã, scelus? heraũ? aut
Me adeò dignũ putas quem illudas? IO. Occĭdi.
Hem, mortuus quàm uiuos nunc sim fœlicior.
SE. Nimia illa licentia euasit tantum in malum.
Non te ille uirum, sed fœminam retur. PO. O nouã
Audaciam: quid agis impure? an non est uiri
Istuc scelerati prorsum, & perditi? SE. Ista'ne
Indigna, & intoleranda, quæso per Deos?
IO. Tacen' tu? SE. Minitatur etiam carnufex.
Mirum ni quod concinnat iam mendacium.
Caue isti quidquam credas, mi uir: qui, in malis
Vt fit, quæ conferant sibi, loquetur. PO. O

Ingentem confidentiam. tantam ne rem
Tacita ut ferat postulas? ita depuditum est sem
IO. Here, ne me spectes. PO. Ego te furcifer,
Si uiuo. hæccine te flagitia facere? hæccine
Te admittere indigna esse ausum domo mea?
SE. Ec quid pudet? IO. Pudere oportet eat
Quà res ferat. SE. Vbi nunc fas, fidesq; est, &
erat
In falso tibi plurimus ore Deus? PO. At uide,
Quàm immeritò hæc Ioseph ægritudo oritur
Abs te potißimum, qui te penè à puero
Curaui sedulò: docui, monui, bene
Præcepi & feci semper, quæ potui, omnia.
Neq; semel complexus, souere destiti:
Propterea quod seruiebas liberaliter.
Habui, amaui atq; ornaui pro meo, deniq;
In omnia mea ius tibi feci, adductus tua
Ista modestia, moribusq;, omni à dolo
Et perfidia, uisis usq; alienissumis.
Nunc derepente, benignitatis iam meæ,
Tuæq; fortunæ immemor, pro maxumis
Meritis hanc ingratissume gratiam refers
Mihi? promerito optumè hoc præmij rependis?
SE. Vt
Semel hypocrisis omnis se detexit tua?
Nunc quòd fidelis & modestus antehac
Visus es, id non fuisse ex uera uita, neq;
Animo ingenuo, palàm nempè est. IO. Mi here.

PO. Quid mi here?
IO. Vix cõtineo, sed me reprimam. Vnũ hoc quæ-
so, ne mihi ætas
Obstet: ne ue ex aliorum iudices ingenijs sodes.
SE. Os impudens, & ferro inurendum. Imò iã ea
Aetate es, ut non sit peccato ignoscier
Aequom. IO. Nam quid peccaui, aut commerui? an
quia
Non prorsus iniusta obsequor?
SE. Quid ais uenefice? istuccine tu me rogas:
Qui me, & herum, & familiã dedecoras? uel fuga
Tua id tibi, quod quæris, respondeat. quid hoc
Loquitur pallium? POT. Ehò propudium: qui me
stipitem,
Haud hominem censes. etiam sperasti inficias
Tantum ire posse nefas? adeò ne te neq;
Pietas, neq; ius & æquom, in officio improbe,
Continere potuere? SE. Vide, impudentia quid
facit,
Et præceps cupiditas? PO. Proh ingratitudinem,
Dijs hominibusq; inuisam. SE. Ingrato homine
nihil
Quicquam scelestius. nimio præstat mortuum
Quàm ingratum esse. IO. Istanc caui turpitudinem
Sedulò. PO. Parum est cauisse, non cauere. IO. Nil
Ego peccaui: nisi peccare est, hero magis
Fidum esse, quàm sibi. PO. Quomodo sacerrume?
Fuisti, non es fidus. tum beneuolentiam

Expertus es: meam nunc iram senties,
Quandò huc prouocas.
SE. Aequom est, gratiam qui ferre nescit,
sam uti
Ferat. IO. Here, ut seruom inculpatum us
rim, domumq;
Vt cõmodis haud aspernandis auxerim tuã,
Et ipse conscius testabere: ita ut, siue introire
Gaudio fruerere tecũ, seu prodires foras. P
diculum:
Verbis soluere postulas, quod re malefeceris?
IO. Si quidem malefeci. PO. Si quidem? c
mihi
Pro facto est. IO. Tot iam annos tibi seruio,
unquam à me ulla
Est orta iniuria? PO. At id restabat scilicet.
SE. An non est hæc magna satis tibi? Q
ne ita
Animo est omisso, tantam ut contumeliam
Ferat? IO. Casus humanos qui norit. SE.
dens,
Hoc' ne euenire maius, aut grauius potest?
PO. Iam parce, sodes, coniunx. heus lorarij.
IO. Here, per clementiam tuam te oro. PO. S
Iam satis Ioseph, spectata erga te mea
Est clementia. SE. Satis & ipsa periculi ali
PO. Faxo haud dicas, nactum esse, quem de
IO. Quid uis here, aut quid imperas? PO.
Abd

Abducite
Hunc intrò. IO. Quem'nam? PO. Ioseph. IO. Sic-
cine mecum agis?
SE. Patiundum est. PO. Meritoq; id tuo. quom,
quæ non licent,
Haud ueritus patrare, tolera quæ non libent.
IO. Si deliqui, nullam causam dico here. sed etiam
atq; etiam
Vide quæso, quæ in tuos exempla familiareis sta-
tuis,
Nam deinde caussæ quælibet sufficerint uxori, aut
Alij, si quis cui seruos ex sententia non sit satis:
Occasione tantum opus fuerit leui. SE. Tun' me
scelus
Tam diri ausis facinoris insimulare? PO. Rapite
Inquam, atq; auditin' ? quadrupedem constringite.
IO. Nunc tandem apparet, amorem qui uocatur &
uidetur
Stultis, eum haud amorẽ esse, sed odium. SE. Odio-
sus es: tace, ac
Sequere infœlix. IO. Infelix est, non qui accipit, sed
qui facit
Iniuriam. pulchrũ est, fidei, uel mortẽ obire gratia.
SE. Enimuero si uir sies, dignum hic iam suppli-
cium luat.
PO. Nimis iracundè. censen' repperire posse ullũ
seruom,
Vitio qui careat? an quia non delinquont heræ?

Eho

SE. Eho Potiphar,
Aut tu morere, aut sceleratum illũ pro meritis
de: exemplo uti
Sit, ne quis posthac temerarius, herili auctori
citiæ
Insidiari. PO. Ohe uxor, ne sæui tãtopere. SE.
tu parum
Perspexisse mihi eius uidere audaciam.
Ita me Dij ament, ut uideo ineptam lenitatem
tuam,
Et facilitatem prauam: dimissurum cũ credo
suam
Etiam sic exædificet inchoatam perfidiam.
Insciti a est,
Nimium iræ credere, quæ nescit modum. PO.
tuam. SE. Non tu illum
Capitis potius, quàm te perdas, & familiam.
Equidem cupio misera, in hac re iam defungi
Sed quæ spes est, illum fore frugi? num puduit
Corriget? at iam depuduit. ætas grandior?
At ea, nunc ut fit, semper addit nequitiam.
Quisquis semel degenerauit, nunquam bonus.
PO. Nescias uxor. multa accidunt mortalibus
Sæpe in uita, atq; ætate agunda, quæ uolunt.
Quæ nolunt. SE. Improbitas alia aliam trahit.
PO. Hem, quid nam hoc rei? quid hæc uolt im-
bitas sibi?
Abi intrò, ego quid facto siet opus uidero.

SCENA II.

Potiphar.

Væ misero mihi: quanta spe decidi? hoccine de im-
prouiso
Mali mihi obijci tantum? ô tempora, ô mores. quid
iam
Credas, aut cui credas, quem'ue fidelem habeas, ne
scias. adeò
Exulceratissumo iniquissumoq; hoc sæculo, sunt
Fermentata omnia, fides, fidelitas, amor, pietas,
Amicitia, sodalitas, officia, beneficiaq;
Omnium omnia. sese omnes amant, sua quærunt, si
bi bene esse
Volunt solis. heu me infelicem. siccine dum ego tua
fretus
Fide, domo absum demens, regi inseruiens, Ioseph,
Tu interea rem tuam curasti, & me in tantũ con-
iecisti
Mali? quem ego semper pudore & liberalitate
Præ cæteris retinui. quo uicissim, omnibus è seruis,
Heri nemo obseruantior fuit semper. quæ nunc res
Repente mores uertit tuos, uirtutem uti lubidini
Iã posthabeas tuæ? an qui serui sunt, dimidio mẽtis
Capti sunt, ut nõnullorũ est sententia? nam alioqui
Non est uerisimile, neq; inducere in animum meum
queo,
Tantam uirtutem tam subitò degenerare potuisse.
Frugi, usque frugi est. sed quàm mira rari pectoris
erat

erat

Præsentia' quæ constantia uultus? quàm in
modestia: at

Res est pauida & clamosa, mens sibi male co
forsan illum

Atq; hãc quispiã lusit dolis. sed qui tacet, fate
Atqui genuina uirtus, innocentia fidit sua.

Illi uerbosi sunt, qui turpia facta oratione

Dissimulant. & uerecundiam eius noui, libe

Et reuerentem mei. ac quom cogito, haud s
quæ dixit

Vxor, sint uera omnia. quin nonnullum mih
pulum odio

Illo mecit suo. multa sæpè uerbis exagitantur.

Quom res secus habeat. Tum fieri solet, ut q
si iniuriam

Fecere, expostulent. Iam, ut sit ita, peccatum
num fuerit,

At primum. nemo sapit omnibus horis, nec it
calidæ

Iuuentæ immemor, aut tam imperitus rerũ, ut
amor ualeat

Nesciam. mea potius culpa est, qui nimium h
cæ eius

Dederim ætati licentiæ: cui tuta, etiam timend
Sunt omnia. si eum occîdo, seruom perdo, qu
haud temerè

Iterum inuenero, per quem plurima mihi cõm

contigere.

Tum autem, Deum eius metuo, quem mihi per eum
usq; sensi

Esse propitium. Illud existimo esse humani ingenij
potius,

Vt includam, dum defruescat ætatis calor: ne
Posthac idem queat, tamen usus mihi ex eo non pe-
reat. hunc unum

Hactenus expertus sum fidelem seruom, heriliumq;
rerum

Amantem. multa qui bene fecit, eius errorem ferre
Aequom est. iuuenis est, corrigi pensariq; potest,
quod iam

Mutari non potest. Satis profectò mali est ei,
qui &

Seruos, & peregrinus, & uinctus est simul. Itaque
corrigendi

Quod deliquit, si deliquit, spacium dabo. mansue-
tudine

Et clementia nihil homini melius in uita. Cæterum
Non usus est, me illi temerè aperire. Ehò, ubi estis
uos? foras

Agite huc, corruptorem isthunc seruom meum Io-
seph educite.

ACTVS IIII. SCENA I.

Lorarii. Potiphar. Ioseph.

Adsumus here, si quid nos uis, impera. PO.
Age tu, huc procede bone uir,

Lepidum

Lepidum mancipium meum. Iam, ubi loci sient tuæ,

Facile intelligis. equidem efficiam, ut, qui pud me, & quis prius,

Scias: quando ego te uideo immutatis moru atq; ingenio.

Ingrata atq; irrita omnia habere, quæ bene

Tu ne pudicitiam potuisti tentare herilem

IO. Ah. PO. Quid mihi

Respondes? quid nũc sic taces? IO. Quia m indignum est, here.

PO. At tu factu esse indignum, cogitare scelus.

Cæterum, equidem nondum spem omnem ieci tuæ,

Ioseph: proinde quò te ad frugem recipere uinculis

Tibi domare lasciuiã cõtẽtus ero, grauiora

Pristinæ id uirtutis respectu tuæ. Abripie carcerem,

Tanti ut sceleris pœniteat. IO. Here, animu laudo, atq; amo tuum:

Quo usus benigno, & amico sum, dum licu dum non licet

Mihi, ut possum fero. at abripite sanè: confi

Vt res me ipsa reducat aliquando in gratiam.

PO. Non mihi negotium hoc uolgaribus do dis: sed

Quid me frustra cruciem? quid me afflictem? quan do iam infectum

Fieri haud potest. casus humani communes sunt, nõ mihi

Primo, neq; soli, nec solus a deò hicce accidit. in re (ut aiunt)

Mala, bonus animus dimidium adimit mali.

SCENA II.

Lorarii. Ioseph.

Quid ist huc quæso Ioseph est negotij? siccine te Subito miserum ædibus eijcier in carcerem?

IO. Non in carcerem eiici, sed carcere dignum ad mittere

Aliquid, miserũ est. sæpe uincula probis iuxta atq; improbis

Accidere. dũ ne ob malefacta patiar, parui æstumo.

IO. Dixisti honestè, Ioseph: uerum huic dolor ad est honesto.

O. Est qui citò corrigere & mutare potest lætis tristia,

Deus: cui nota est caussa calamitatis, & ueritas rei. &

Vt peruiuam in his ad summam usq; ætatem, tamẽ breue

Spacium est perferundi miseriam.

IO. Sapis, qui nec, præter quas carcer habet, ad das molestias:

Et quas habet, rectè feras. IO. Nã si me afflictem,

quid mihi
Lucri sit? non'ne eadem sunt ferenda? no
men?
Quodcũq; Deus ille facit, ferundũ est æquo
cui
Pugnare, & frustraneum, & impium iuxta
Insciția
Est uerò, gratis malũ esse uelle, quom licea
LO. Verũ. Proin obdura, reb. q; te serua sec
IO. Equidem semper ea uolui, & feci, ut n
dò secunda mihi
Sperare, sed aduorsa contemnere quecam. L
uostram fidem,
Hominis ingenium constans, ac præsens. Lac
excussit
Mihi, miseretq; me eius. hoc nemo fuit com
Semper, nec ad herilia negotia quisquã acc
cui
Domus parebat tota modò. chẽ, quò redactu
Est? ut mortale nihil florere diu potest.

SCENA III.

Ioseph.

Prò summe Deus, autor, rectorq; omnium
di arbiter,
Quem tandem grauibus laboribus statues m
meis?
Perpetuo tenore aduersis succedunt aduers

Aspicis hæc Deus: nam te nihil fallit. domi grauem
Pertuli fratrum inuidiam diu, immerito meo, à
quibus
Etiam cædi destinatus, uerum præsenti tua
Seruatus ope, ab eis uenditus, dulcem patriam exi-
lio,
Libertatem seruitute commutaui auream. sed hæc,
Tua benignitate. leuia expertus sum satis: quasi
Me ita fratrum odio liberatum uolueris. ecce autẽ,
res noua
Orta est porrò, quæ omneis mihi rationes contur-
bauit, &
Extremam in sortem coniecit simul, ô Deus. at pro
fide,
Continentiaq; , hoc præmij fero? Sed ne me pœni-
teat
Fuisse pium. sic præstabat, quàm perpetua domi dis
sidia
Confiare. ego solus quom sim, facilè hanc pertule-
ro iniuriam,
Qui grauiorem olim tuli. quid enim faciat aliena,
quom
Ipsi in me fratres ad eum sæuierint modum mei? cæ
terùm,
Qui me ab ijs eripuisti Deus, tute uiam inueneris:
in te omnis spes est mihi. sæpè qui, re gesta pes-
sumè,
Gesta ut sit probè facis. fortasse & sic mihi tua

Cõsulis bonitate, tutus ab impudica ut fi
Quò me tua sancta uoluntas uocat. adde
tolerantiam
Superioribus. quid mihi refert Ioseph es
nisi
Factis probo? homo sum, humanis natu
obnoxius.
Cui nihil recusandum, quod cõmunis fer
Neq; grauius ferundum, quod uitari no

CATASTROPHE.

ACTVS V. SCENA

Hanno.

Næ alba iam raraq; in hominibus ani
gratia
Est: quarum locum, perfidia ingratitudo
Ita bonis intermorientibus moribus iam
Succrescunt mali, magis ac magis indies
ribus
Semp deterioribus. hæc mihi ex ipsa adeo
Cogitatio, dum concaptiui in mentem u
Ioseph Hebræi. quem ego in tam aduorsa
sa potius,
Miserum fortuna, tantũ temporis inter
Gratus deserui. cuius me pœnitet nunc
Miseretq; eius. qui mihi in contuberni
ceris,
Qua non comitate sermonis, qua non mi

dulitate leuauit miseriam? quàm solerti mihi
niectura, insomnij aperuit ueritatem? Visus ut
ortè per quietem eram, triplicem uidere palmitẽ
otris oneratum, grãdibus iam, & uindemiæ ido-
neis:
ubus à me resectis, expressisq; in poculũ regiũ,
ustum regi offerre bibituro: pergratum ei officiũ
etuli ad ipsum anxius. ille, bono protinus animo
iubet
esse, portendiq; pristinæ intra triduum mihi
ignitatis restitutionem. quod unum Deus
exhilarandis creauit animis, solandisq; laboribus,
Quo & amicitia conciliatur, diluitur inimicitia
Mortalibus. at te (inquit) obsecro Hanno, memine-
ris mei,
Quom bene erit tibi: redde operam mihi apud Par
honem, carcere
eximendum ut cures: quò detrusus sum nulla mea
culpa, neq; merito, sed furtim Hebræo huc addu
ctus solo:
Deinq; ob innocẽtiæ studium, indigna hæc nocentiũ
sustineo supplicia, sed cessatũ à me usq; adhuc fuit,
captanti semper opportunitatẽ: ita, ut fit, tã duo
effluxere anni. simul secunda fortuna ebrio,
Aduorsæ obliuio, illiusq; mihi obrepsit securitas.
At nunc eam pensasse utcũq; tandem negligẽtiam,
Sanè uolupe est. atq; ea quidem iam obtulit se oc-
casio.

Vt non sine numine, uel hanc nunc, uel tunc
onem illam
Cõtigisse, credere sit. Sed quid cesso etiam
Hoc ut tanto tamq; insperato quàm primũ
Impertiam: lubentioremq; faciã, quàm lubens
Aperite ocyus hoc: heus, ecquis hic est? ecq
dit?

SCENA II.

Puer. Hanno. Gulussa.

Hoc
Quis pultauit ostium? HA. Qui tibi proxu
stat. nuncia
Vt prodeat Gulussa foras: est, qui illum con
esse uolt.
PV. Nihil aliud dicam? HA. Vt uenire prop
in mora mihi
Siet, ita res est. PV. Fecero. HA. At iam factu
tuit: uola.
GV. O salue mi domine. HA. Et tu multum
Gulussa mi.
Sed Ioseph iã huc, ex præcepto regis, prod
Maxumam cui lætitiam et triumphum adfer
uentu meo.
GV. Optumè factum, & gaudeo. nam illi fa
ueni: quem ego
Esse scio honore quouis dignum. HA. Est
nunc matura, ita

facto opus est. GV. Curabitur.

SCENA III.

Hanno. Ioseph. Gulussa.

Nulla est conditio tam desperata, quæ
Non in melius, quom Dij uolunt, citò
Restitui queat. quod de me adeò cuiuis
Facile est noscere: qui nihil sanè minus,
Atq; pistorum ille præfectus, reus
Peccati in dominum meum regem, illo in crucem
Acto, ego clementia eius pristinæ
Dignitati restitutus uiuo tamen.
Sed quem uolui, eccum. Ioseph, te plurimum
Saluere iubeo. IO. Salue Hanno: ist hæccine
Est fides? HA. Peccaui, fateor: uincor. at
Nunc, quando tibi Deus & uirtus tua
Reditum & restitutionem in meliorem statum
Aperuit, tuæ fuerit sapientiæ,
Magnitudinisq; animi, quod accidit,
Obliuisci: quod mstat, curæ habere. ita
Aequom ac dignum alijs factis tuis feceris.
IO. More hominum fit Hanno, ut miserorum, malè
In fœlicitate capiat obliuio.
At ego illud, scio, quàm doluerit cordi meo.
HA. At nunc gaude, mi Ioseph. IO. Quid gaudeã?
HA. Equidem iam te fortunatum fecero.
IO: istbuc Deo in manu est, ubi dignabitur.
HA. At, sine controuorsia, Ioseph, Dij

Te omnes adiuuant. IO. Ita uelim: sed nihil
Sentio etiamnum. HAN. Faxo ut sentias.
IO. Quin dic quid tandem est bonæ rei? HA-
cipe hem,
A' Parhone rege missus sum modò,
Vt te adducerem. IO. Hem. HA. Ne
bono
Animo es, Dij te, Ioseph, seruatum uolunt.
IO. Obsecro nũ nam ludis tu nũc me? HAN.
Te? quamobrem? IO. Nescio: sed quî istuc
dam ita
Esse, mihi dici uelim. HAN. Dicam tibi.
Rex gemini sibi obuersati insomnij
Confusus portentosis ambagibus,
Cunctis diuinis ac coniectoribus,
Et quotquot tota Aegypto sapientia
Præstant, consultis frustra, ut cui nihil
Explicare quidquam possint, quom magis
Inde etiam consternaretur, de tua
Et opportunè maxumè sapientia
Suggessi, quondam ipse quam expertus fui.
Quare huc te accersitum iussit ire me,
Eiusdem quo beneficij, cuius mihi
Olim, nunc item ipsi facias copiam,
Perpetuò sic eum deuinctiurus: simul
Et libertatem, & nobilitatem ex eo,
Et gloriam tibi, & rem pariturus. G v. Bene, ut
Me Deus amet, factum gaudeo. IO. Dic, bonam

Nihi fide isthæc uerba dixisti? HA. Bona.
Non mihi credis? IO. Deus supreme, iterum
Mihi natus uideor, si uera prædicas.
HA. Ita me amet, quam ego amo, ut haud mentior
tibi
Ioseph. IO. Deus tibi oro semper omnia
Optata offerat. eamus: duc me ad eum obsecro.
G v. Isthuc Deus bene uortat. IO. Ita spero qui-
dem.
HA. Fac modo animo præsenti ut sis. G v. Quin cæ
Mi Ioseph, ne committas nunc, ut tibi
Ipse defuisse uideare. quod quidem
Ita diuina occasione, atq; indole
Ista tam egregia, iuxtà indignum foret.
Bene gerundæ rei facultatem datam
Amittere, dementia est. IO. Faciam sedulò.
HA. Eamus iam ergo. IO. Atq; aliquanto lubẽtius,
Quam quidem huc accessi. ô Gulussa uale.
Gratias habeo atq; ago meritò maximas
Tibi: uicissimq; ubi quid usus uenerit,
Benefaxo lubens. G v. Benignè dicis: uale,
Atq; salue, Ioseph, ac bene rem gere.
Oh, quid est quòd nunc malim, quàm quod iam
huic
Euenire intelligo: è pædore sic
Ad benigniorem tandem sortem uti
Euehatur, uirtus ita ut meretur eius?
Nam si hæc regi interpretetur somnia,

Vt fecit concaptiuis antehàc ſuis,
Et libertatem ei, & opes, & gratiam,
Cumulatè partum iri ſcio. Quod reliquum
Spectatores, qui uirtutem ducitis
Maxumi, æquom eſt Ioſeph gratia,
Vos dare plauſum poſtremò in comœdia.

IOSEPH

COMOEDIA EIVSDEM

præcedente argumenti, Andrea Dithero Auguſtano autore.

PERIOCHA.

FRatres Ioſeph cum intelligerent puerum,
Quem in ultima ſenectute genuerat, ſeni
Patri in delicijs eſſe: commoti boni
Fauoris afflatu, uendunt innoxium
Negociatoribus auaris. Qui dein
Paulo pòſt regio præfecto militum
In Aegypto uenit. cui cum gratus foret,
Ob bene compoſitos artus, atq; candidam
Faciem adamatus dominæ. cui, dum nititur
Pellicere blanditijs ad inceſtum (memor
Ioſeph probandæ exemplar caſtitatis) hic
Repugnat totis uiribus: caſtus tamen,
Falſo: coargutus adulterij ſordidi,
In carcerem conijcitur. ſæuis uinculis
Poſtquam diu retentus, iuſſu regio

Tandem eductus, cum ſomnia Pharaoni ſcitè
Interpretatus eſſet: conſtitutus eſt
In dignitatis excelſiſſimum gradum
A rege. Pòſt uocat ſuos (qui uenerant
Emptum frumenta tempore difficilimo)
Per fratres, dilectum parentem ad ſe, ſuæ
Cognatione cum omni, & ſupellectili,
Quam poſſidet, terramq; lacte & melle dat
Fluentem patri habitandam, grandæuo ſeni.

PERSONAE DRAMATIS.

Iacob duodecim filiorum pater	Gabriel	Angeli
Ioſeph	Michael	
Simeon	Dromo	Lorarij
Zabulon	Deſmius	
Leui	Pharao rex	
Gad	Oenochous	pincernæ
Ruben	Nephthalim	
Xenius peregrinus	Aſer	
Negociatores duo	Iſachar	
Iudas	Dætrus	coquus
Dan	Oeconomus	diſpenſator
Potiphar militum præfectus	Beniamin.	
Zephirah uxor Potipharis		

PROLO-

PROLOGVS.

SI quem iuuat constantia, atq; castitas,
Huc sensibus se referat quàm integerrimis,
Auribus acutis res gestas diuinitus
Cupidissimè hauriet. Non hac Comœdia
Mulieres depinguntur, quæ hortos Adonidis
Ad pauculos dies uernantes, testulis
Quibusdam nutriunt, fouentq; animas breui
Duraturas. Non hic Iberæ neniæ.
Multo minus bellipotens quo modo Hercules
Tricipitem Cerberum, introitum, cum Thesæ
Et Alcesten Admeti Phœrei coniugem
Ab inferis eduxerit ad superos, ei
Negantem, barba cœperit, triplicíq; cum
Catena per Tænaron ad superos traxerit.
Sed hic uides sapientiam (auditor) Dei
Diuinam, atq; regimen potens. nam quem De
Exaltaturus est, primùm deicit ita,
Vt quasi nullum eius respectum habeat ampli
Deprimit ad inferos. Sic Ioseph contigit.
Attamen omnipotens mundi rector deserit
Nunquam sibi fidentes. Quod testatur hic
Sapiens, cum inquit, Sapientia iustum uenditu
Non dereliquit, uerum à peccatoribus
Liberat eum, descenditq; cum eo in foueam
In uinculis non dereliquit. Dum potens
Illi offerret sceptrum regni, aduersusq; eos
Potentiam, qui deprimebant. Simul in hac

Historia Christus nobis quàm scitissimè
Depictus est per Ioseph. Similiter etenim
Actum est cum saluatore nostro ab inuidis
Iudæis, iuxta carnem fratribus. Patri
Primùm diligitur filijs præ cæteris.
Hinc tunicam contextam filijs uarijs, pater
Dedit minori natu, quem coniunx parit
In nonagesimo primo ætatis uiro.
Hic primogenitus filius fœlicis est
Rachel Iacob dilectæ uxoris. Christus est
Sic primogenitus, in quo omnes alij sumus
Fratres dilecti. Varijs quæ coloribus
Autem tunica intertexta, sancta ecclesia est,
Quæ donis externis insignita uarijs,
Vnum tamen corpus, & æthereus spiritus
Vnus, fides eadem. alij quidem fidem
Habent firmam, alij infirmam continent fidem.
Illis datum est, diuinitus ut annuncient
Promissiones diuinas cultu pio:
His uerò orare, & pauperibus ut seruiant.
Somnia duo, Ioseph quibus uocatus est
Ad imperium, referunt saluatorem probè,
Dicentem, Ego & parens unum sumus meum.
Oracula sunt prophetarum ista somnia,
Nec non figuræ de Christo, quas infidi
Iudæi, neq; prophetarum qui spiritu
Sancto loquebantur, neq; Christi uocibus
Percipere uoluerunt. misit gnatum Deus

In Sichem, id est ad debitores asperæ
Legis, sed inuenti traditionibus
Humanis seruientes sunt. Ac deniq;
Tunicam cruore tinctam transmittunt patri,
Interq; mortuos, atq; reos deputant
Criminis, & dicunt deuoratum à bestijs,
Id est, Pilato & gentibus. Postremò eum
Lacui demittunt, uelut ad mortem & inferos.
Quare, qui amas audire uicissitudines
Rerum iocundas, & Ioseph constantiam,
Faue æquo animo nobis, & cum silentio
Aduertito, ut quid sibi uelit Ioseph queas
Cognoscere, atq; hinc mores transformes tuos.

ACTVS PRIMI

SCENA I.

Iacob.

Quibus tibi uerbis Deus digna
Suppreme gratias, pro inex-
sta tua in
Me liberalitate? Cuius perpetu
Benignitatis fontem nunquã di-
dier
In me sensi. Neq; etiam unquam preces meas
Mea in tribulatione contempsti pater.
Sed potius in rebus dubijs porrexeras
Dextram manum. dux, & propinquantis mal
Depulsor eras perpetuò, fiduq; in meis
Profectionibus comes fueras mihi.

Per saxa, per syrtes, uoracesq; scopulos,
Per frigora, atq; ignes per horridos procul
Insomnis, impiger peragrans iussu tuo,
Noctu diuq; urgebar æstu, etiam gelu:
Et fugiebat somnus sæpe ab oculis meis.
Sed istam afflictionem, atq; laborem meum
Manuum mearum respexisti deniq;.
Forti manu incolumem reseruasti tamen
Seruum audientem semper dictis omnibus
Tuis. Dolores mitigasti pergraues,
Tu solus exhibuisti amara dulcia.
Vias molestas uertisti in suauissimas.
Ex improborum eripuisti me faucibus,
Mortalium mihi inuidentium nimis.
Largitus es beneuolè abundatia bona.
Bonorum enim thesaurum abundantissimum
Congessi, uti pecoris, & auri fulgidi:
Vberrimos greges, campos latissimos.
Mille meæ Galaad errant agnæ in montibus.
Frugifer hortus non fabulosi Tantali,
Sed omnium celeberrimorum fructuum
Ferax, amomi, balsamiq;, & cæteras
Preciosas continet arbores multiuarias.
Sunt ædium longi recessus, hinc mihi
Scatet campus pecoris niuei præ copia.
Lac mihi nec æstate nouum, nec defit hyeme.
Dedit mihi de humi Deus pinguedine,
De rore cœli, uini, olei abundantiam.

Crescere

Crescere me fecit, ac multiplicauit, modò
Præfecit me populorum turbis, & meæ
Peregrinationis terram fertilem
Possedi. & dilatatus sum ad orientem, &
Septentrionem, ac relliquas plagas duas.
Cunctæ benedictæ sunt in me, & semine m
Terræ tribus. Fortunæ muneribus, quoq;
Naturæ commodis abundo largiter.
Mihi bonorum aceruus influit in domum
Sine fraude, nemini patrata iniuria.
Nec secus ac formicarum properantum gr
Sic semper multiplicantur mihi magnifice
Atq; ista quoties inspicio, patriam domum
Et coniugem, atq; liberos. toties Dei
Beneficium uidere me dico boni.
Porrò uager senex, senectam supprimens?
Rigent manus mihi laboribus seni,
Sunt debiles pedes, pectora trementia:
Hebescunt sensus, membra torquentur ma
Præmoritur uisus, auditus minuitur, &
Dentes ex ordine excidunt. porrò uager
Non faciam. quia nunc partũ est mihi quo
Reconditumq;, quod teram cum filijs.
Quorum duodecim numero, magna spes m
Sobolis futuræ, quorum Ioseph suauior.
Sat hercle donorum Dei quo filij
Viuant honestè cum parentibus suis.
Quod supererit uitæ, ocio dare statui, ut

ndulgeat genio senectus ultima.
Tamen laboris ut uacuum ne dem mihi
Tempus, curabo: sed quod est necesse, agam.
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denq;,
Rori agere uitam fœcundos inter greges
Pecorum, susurrantes super gaudens apes,
nter sacros fontes liceat dulcissimè
Senectutem finire depressam precor.
Nec tamen usq; adeò ulli est uoluptas blandiens
Syncerè, sed subinde aliquid interuenit
Sollicitum lætis, nunc pluit, claroq; nunc
Aethere Deus lucet, cuiq; ita mortalium
n uita comparatum est, ita placitum Deo,
œlicitati ut mœror assiduus comes
equatur. Nil quicquam datum diuinitus
am prosperè hominibus, quin admixtum tamen
t difficultatis aliquid. Nunc tristibus
ltam Deus, nunc lætis miscet. omnia
elut æstuario quodam recedere
uxu, refluxuq; atq; accedere subitò.
reliqua miscet cuncta tempus impotens.
errę per has uias atq; robur interit,
mulq; nostri corporis perit uigor,
oritur fides. perfidia pullulat inuicem.
ec animus idem, nec eadem concordia.
aud unquam durat amicus erga amiculum:
quidem his statim, illis post pusillum temporis
cunda quæ fuerant, amara ac tristia.

Dolia namq; Dei duo ſtant plena in limine
Muneribus, quæ donat Deus, in hoc ſunt mo
In illo bona. miſcens hinc diſpenſat, mala
Nunc diſtribuens, ac triſtia, nunc rurſum bo
Et bona ſe iungere nobis haud malis licet.
Atq; hæc ex me coniectura aſſequi licet.
Gnatorum nam meorum, ex inſolentia,
Pars morbidæ parant ſenectæ plurimas,
Diras quoq; ærumnas, & indies grauant
Mœrore, cura, iniuria me adeò ſenem:
Solus Ioſeph ueretur, eſt modeſtus, &
In eo me oblecto, ſolus eſt charus mihi,
Frugi ſatis nobis, ſibiq; maximè.
Sed eſt' ne hic ipſe de quo agebam? certe is
Triſtem plus ſolito uideo, fratres arbitror
Iurgaſſe cum ipſo (uti ſolent) acerrimè.
Satin' tibi omnia cedunt ex ſententia?
IO. Ego horreo dicere pater de iniuria
Fratrum meorum, quid querar? facere ſine
Summo dolore non queo. qui maxumo
Amore in eos flagrat, ei reddunt pro bon
Malum. Me unum eſſe uideo, quem pro nu
Pater obſeruantia, iram opus ſubire ſit.
Tanta eſt leuitas in fratribus meis. eos
Vt non obedientia delectet mea
Quàm ſplendor & fauor, quo me pater o
Proſequeris, offendat, adeò ſunt ſinguli
Mihi inuiſi, ut nihil ego acerbum non puto

Quod ſit commune cum illis. manifeſte inuident,
Præſenti iraſcuntur mihi, abſentem nimis
Execrantur, tantam inuidiam uix diutius
Potis ſum ſuſtinere. IA. Tangitur animus
Meus dolore nimiumq; neceſſario.
IO. Omnia habeo æquiora, & ſuauiora, quàm
Animum fratrum. IA. Furore ab incœpto citò
Perſecero reuocentur. IO. In falſam pater
Et iniquam probrorum uocatus, ut ſiem
Video ſimulationem, cum tamen queat
Veſtigium nullum libidinis mihi
Obici, aut petulantiæ. ſed has iniurias
Terere & contundere debeo, iſtuc tædium
Vorare. IA. Miror, quòd uiris præſtantibus,
Virtutis & probitatis ſtudioſis, uelut
Fato accidit quodam, improbos ut procreent
Plerumq; filios. æquet raro patrem
Proles, ſed ab his degenerant gnati plurimi.
Pauci parentes probitate ſuperant ſuos.
IO. Ego ſanè putabam nos eiuſmodi
Fratres coniunctos eſſe neceſſitudine,
Vt nulla naſceretur inter nos parens
Iræ atq; belli diſcordia, regnis comes.
IA. Non meritas fratrum iniurias committito
Deo, qui uindex eſt mali, ille ulciſcitur
Iras iniuſtas. fili mi, quanto magis
Ingratitudinem ſignificant tibi, minus
Tanto fauorem conſequentur apud patrem

Suum. Illud cogitabis, maiorem quoq;
Laudem ferendo iniurias nos consequi,
Quàm ulciscendo. Solius ultio Dei,
Qui uindicabit iniquitates omnium.

SCENA II.

Simeon. Zabulon. Leui. Ioseph. Iacob.

Pater relictis omnibus iussit greges
Pascere nos, in campis pasturis optimis,
Retinens domi Ioseph dilectum filium:
Reliquaq; familia uacat à laboribus.
Dij boni, quàm misera nostra seruitus?
Vnum Ioseph fidum, & probum in suis bo
Existimat inter cæteros. utinam puer
Sublatus è medio foret, dij uelint.
Consultandum nobis fratres profectò erit,
Et uehementißimè instandum omnibus mo
Vt hanc tetram, tam horribilẽ, tam infesti
Nobis effugiamus luem, nullo modo
Possumus ijsdem existere tutò parietibus
Cum Ioseph. ZA. Vendamus eum mercato
SI. Hoc quis ferre potest, hominẽ inertem
Viris insidiari. puerum stultissimum
Prudentibus? Næ ille uehementer errat, hi
Si pristinam illam lenitatem iam meam
Sperat futuram perpetuam. non est locus
Hic lenitati, sed res ipsa flagitat
Seueritatem. ZA. Occasionem cernimus, q

nandoquidemq; datam nobis, aduocabimus
d nos eum, nihil dum suspicantem. Ad hanc
em conficiendam delectus sum ego optimè.
Nihil est quod ipse non obire iam uelim,
igilare, laborare, ut ego hanc à ceruicibus
ostris solus depellam molem saxeam.
ex his laqueis, quos strictim tendo exuerit, ac
liquauis ratione modò se explicauerit,
cidet in casses, atq; maiores plagas
improuiso. mortem acerbam struximus.
E. Occasionem oblatam arripiemus citò.
amq; ætas non semper fuerit. Componimus
t institutum nos. uiuit Ioseph enim
on ad deponendam proditionem, sed ad
nfirmandam rabiem, & ferocem nequitiam.
A D. Latet mihi sub pectore repositus dolor,
equentis accusationis ad patrem,
uem ego: sed præstat motum animum cõponere.
ce aduenit, quid nunc sibi uolt os impudens?
ubo, quid sit, percontabor ocyus.
er his regionibus te conspicio Ioseph?
ue, ecquid mandati genitor tibi dedit,
od nobis præcipias? IO. Nihil, frater, aliud.
. Quid istuc, obsecro narra, si quidem placet,
Funde nenias, quas fingis somnians.
enius tibi uidetur, fratribus
colloquaris? IO. Non, sed quidam me & pudor
brusticus tenet, & graue est hæc dicier,

Quæ uidi per somnum. SI. Dic, auscultabimus
Ne tamdiu rerum nouarum nos tene
Suspensos expectatione. IO. Somnium
Audite fratres iam meum, quod uideram
Secundùm proximam quietem, aduortite
Animum. Putabam nos ligare manipulos,
In agro messis temporibus: & manipulum
Meum inter cæteros stare, & consurgere.
Circumsteterunt citò parati mergites
Vestri meum, inclinantes terræ mergitem
Adorare extensis palmis ad sidera.
SI. Nunquid eris rex noster? tibi strati ad
Cogemur seruire, tuæq; (malum) subicimur
Potestati? discede hinc in crucem malam
Præstigiator istis somnijs tuis.
IA. En glomerati adsunt pueri, & inter se
Nescio quid occultæ rei, minimè integra
Quid mußitatis mutuò, nolite me
Celare, dum mea interest: quin dicite.
IO. Aliud quiescenti apparuit insomnium.
Vidi quasi Solem & Lunam, quoq; undecim
Stellas adorare adeò potentiam meam.
IA. Quid uolt sibi hoc instar monstri adeò
Quod uideras? num ego pater & mater tu
Fratresq; tui adorabimus te ceu Deum
Terram super? quæ filij præsumptio?
Custodiam tacitus hæc uerba somnij
Cordibus his intimis. Vos discedite, greges

Iuium boumq; armenta pascitote iam,
Ea capessite parentis, tu me intrò sequere.

SCENA III.

Ruben.

Si quando simultas inter fratres incidit,
Ea solet esse atrocior uulgarium
Simultate inimicorum, qui supra modum
Cum amant, ijdem sæpius supra modum
Oderunt inuicem. lues fœdissima est,
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit, aut contentio,
Vt tollat è medio res est teterrima,
Frater fratrem, non perpendentes sedulò
Quàm destituta est uita humana, obnoxia
Quantis periculis, quantis angustijs.
Excenta morborum genera hominem indies
Infestant, nec iam pauciores impetus
Casus, ruinæ, bella, terræmotus, &
Lapsus fulmen, & aliud quid non homini accidit?
Et hoc est animal illud, quod tantos parit
Et molitur tumultus? cuius orbis hic
Angustus est mundi uagi cupidini.
Illud uelim considerent exactius,
Victoriarum ut omnium longè optima est,
Et prima, si quis seipsum bellè uicerit:
Ita ipsum seipso inferiorem esse, est omnium
Turpissimum & fœdissimum. Vincit quidem

Seipsum, qui proficit in melius. Euadere
Autem seipso inferiorem, est flecti semper in
Peius. & hi cantiones patrias haud canunt.

SCENA IIII.

Iacob. Ioseph.

A desdum, paucis te uolo, fili, tui
Fratres morantur in Sichem, gregibus meis
Pascendis præfecti arduis in montibus.
Percipe, dimittam nunc te celeriter ad eos.
IO. En adsum tibi, faciam quodcunq; iusseris.
Hem præsto sum uoluntati tuæ obsequi.
IA. Vade, & uide num cuncta prospera sint
Inter fratres, & errantes ouium greges.
Renuncia mihi quid agatur, gnate mi,
Tuo charissimum patri pignus quidem.
IO. Obediens faciam genitor mandata, quæ
Iubes, meis cunctis diebus, mi pater
Per secula, ut uiuam super faciem soli
Incolumis, & precium feram diui Abraam,
Cui Dominus dicit, quòd obedisti in omnibus
Custodisti mandata omnia Domini tui,
Iis te accommodasti, propterea tui
Nunquam deficient filij stirpe à tua,
Immò diebus cunctis coram me firmiter
Stabunt. Abeo, morandi non est hìc locus.
IA. Heus fili mi, uale longùm. Deus tibi
Omnipotens benedicat, ducant atq; reducem
Incolumem faciant te dij, fœliciter

Ingre-

gredere iter tuum, Deus sit tibi comes.
IO. Vale pater. IA. Tu quoq; uale perenniter.

Ioseph ingreditur ædes, & se itineri accingit.

Obstupuit animus, gelidus q; tremor mihi nimis
Currit per ossa, gelidus formidine coit
Sanguis, stantq; comæ horrore, & hæret faucibus
Vox iam. quis nam dolor mentem incessit meam?
Quis uc tremor manuũ, quis uc oris habitus mihi?
Animus timore contabescit maximè.
Vix animi sum compos senex miserrimus.
Nescio mali quid animus præsagit mihi.
Tu tamen ô supreme Deus, eripies meis
Periclis me futuris. tum præconia
Tua cantabo cithara resonante q; grauiter,
Quàm sint magna tua quæ facis pater omnia.
Quando opera aspicio, quæ tua manus conficit,
Totus ceu lætitia rapiente confluo.
Qui sine principio es, qui sine fine manes Deus.
Et cuius sancta domus durabit firmiter
Annos in perpetuos, nulla hinc secula ferent
Diem extremum. Qui sceptrum quassas fortiter
Dextra manu, tibi fido, tu cornua
Meæ salutis attolles sursum, uelut
Procera cornigeræ feræ cornua Deus
Erigis. Ah cœlestis pater tu protege,
Gnati salutem, & dirigas fœliciter
Gressus mei, donec incolumis redierit.

SCENA V.

Ioseph. Xenus.

Enimuero Ioseph loci nihil tibi
Est segnitiæ, quantum intellexi patris hic
Sententiam, de abitione nunc tui.
Sed ubi queram? quem conter? quam insista
Vbi inuestigem fratres incertum est meos.
Hanc ego cesso montem ascendere ualde
Abeo, ascendo, num possint illinc conspici,
Videbo accuratè ex umbrosis uallibus:
Despexi, non quisquam apparet. quid nunc
Alio me conferam? quorsum? perrexero
Ne ad læuã, aut dextrã? utinã aliquis modo
Quem percontem de proxima ad fratres uia.
Ecce ex inopinato tibi uir conspectus est.
Heus heus ades, resiste. XE. Quis homo me
IO. Statua Mercurialis mi uir fies mihi
Precor, benignius monstra erranti uiam.
XE. Mi adolescens, qua fortuna ductus aduc
IO. Fratres quæsitum me pater misit meus,
Ah nescis ubi sint, non uidisti fortè eos?
Demonstrato locum mihi ubi pascant greges
XE. Recesserunt multo ante tempore ex loc
Isthoc. huc ades, ô formose puer, hac greges
Compulerant Simeon, Zabulon, Nepthalig
Adolescentes iam florentes ætatibus.
Oues huc Simeon, Zabulon huc pepulit greg
Capellarum. cuncti requiescere poterant

ic, ubi uiridis ripas prætexit arundine
uus tenera, éq; sacra quercu examina
esonant, ubi uallis acuta atq; densa erat
upresſu conifera, herbis salubribus uirens.
uus in extremo est antrum ualdè concauum,
Qua cauus exesum antrum pumex testudinat,
Arte laboratum nulla. simularat suo
ingenio natura artem: nam puimce caua,
Et leuibus tofis natiuum arcum duxerat,
Fons sonat à dextra tenui perlucidus aqua.
Hiatus gramineo succinctus margine
Paulos. Suauia posthabuerunt hæc omnia,
Perrexeruntq; unanimes in Dathain locum.
O. Ago tibi suauissimas uir gratias,
Molestiam quod cæperis tantam mea.
Hic gratia, mihi in demonstranda uia.
XEN. Pergas fœliciter, atq; bellissimè uale.
IO. Tu quoq; uale, dilecte amice quàm optimè.

ACTVS SECVNDI,

SCENA I.

Simeon. Ruben. Ioseph. Negociatores. Iudas.

Nescio quid hoc negoti sit, nisi mihi
Malè timeam, ne quam turbam Ioseph domi
Nobis fecerit: ecce nisi oculi parum mei
Prospiciunt, festinanter aduenit eminus.
Is ipsus est. uenite citi, dabimus eum
Neci, mittemusq; in fontem algidum. graues

Pœnas

Pœnas barathro præceps immersus fero
Dabit, gemat barathro inclusus longius.
Dicemus patri: Absorbuit fera pessima
Eum. iam apparebit, uidisse somnium
Quid conducat scitissimo: tenebitur.
RV. Non interficiamus nostri fratris animam
Deus etenim requiret eius sanguinem
Ex nostris manibus. Immò mandati Dei
Recordemur, iubentis, non homicidium
Facies. Nescitis qua pœna multatus est
Cain? cum occidisset suum fratrem ferox.
Vbi est perustæ frontis impudens scelus,
Dixit Deus. nunc igitur maledictus sies
Almam super terram, quæ aperuit os suum,
Suscipiens sanguinem tui fratris, manu ex
Tua. Cum operatus fueris eam, nullos ea
Fructus dabit, & uagus & profugus eris sup
Terram. prædixi enim, si semper egeris
Bene, recipies: sin autem male, statim tuum
In foribus peccatum aderit horridum tibi,
Sciens quandoquidem conatus sæuum scelus,
Primus impium attulisti umbris scelus,
Teq; scelere inexpiabili implicas, ego
Deus sanguinei uindex sceleris. an improbè
Non hac pœna terribili terreris? nefas,
Si mens rebellat tua adhuc pœnæ uindici.
Nihil times. ipsus pœnis atrocibus
Vtrò occurres? non te pœnas existimas

Hausturum?

Hausturum? SI. Dixisti pulchrè. sapientia
Non nobis eadem est, quæ tibi. consentis &
Tu in facinus Ioseph contra nos? utinam esset hic
Discerptus orci pallidi de faucibus,
Et draco squamosus furui orci ianitor
Absorbuisset eum. beatus ego forem.
RV. Prius homini supremus fatorum dies
Expectandus, ne se beatum iudicet
Quisquam, nisi nihil mali ille exegerit
Aeuum, passus. nec quenquam dic mortalium
Vnquam beatum citius, atq; mortuo
Illo, supremum uideris uitæ diem.
Tu te beatum existimas, quòd statibus
Fortuna prouehit benignis iam tuum
Facinus? erras, in melius animo flectere.
Abijce scelesta cogitationis (ut
Posterior esse aliquando cogitatio
Prudentior queat tibi, siquidem solent)
Consilia: si quid est parum recte, licet
Corrigere posteri oribus sententijs.
Beneficium semper beneficium parit,
Et gratiam concors meretur gratia.
Considerate quàm fœlix concordia
Sit, fratres quæ unanimes ligat. fructus habet
Vberrimos. consona fraterno uita si
Sit omnis amori, quis ueræ dubitet opus
Dicere pacis? tam sanctam sequitur gestiens
Pacem uoluptas, quàm pius pascens amor

Aethereo

Aethereo nectare. quoniam Dominus suam
In talibus mandauit contubernijs
Benedictionem firmiter manere, nec
Non uitam eorum durare in secula nimis.
S 1. Ni fallor, ipsus aduenit. 1 0. Fidissimi,
Saluete una salute fratres singuli.
S 1. In laqueos lupus, ades, tenêris optimè
Medius. Ornaberis uirtutibus tuis.
Dignas lues Ioseph pœnas factis tuis.
Inuenit impium Deus tandem bonus.
1 0. Quî sic? nunquid mihi irascimini immo
R v. Tales simus in alios, quales nos posci
Illos in nos futuros. qua mensura enim
Fueritis alijs mensi, eadem cæteri
Remetientur uobis: & quo iudicio
Vos iudicatis, eodem iudicemini.
Ob ista ne quid occultes, siquidem intuens
Cuncta, audiensq; cuncta proferet dies.
Omnia pariter immensus ordo temporum
Occulta prodit, & idem prodita occulit,
Subigit atq; fateri, quæ quis superos apud
Furtim lætatus inani forte piacula
Commissa, in seram nimium mortem differ
Celatum nil quod non reuelabitur, & est
Nihil occultum, quod nescietur. quin Deus
Quanquam nocentem non castigat illico,
At faciet tandem, luerint sua crimina mali.
Vbi enim Deum quis læserit, nemo queat

Effugere, quamlibet potens: & quispiam
Si falsurum speret Deum, cum agit aliquid,
Errat. Sed potius incidit mens improba
In extremam noxam. S 1. Quin iam taces, sine
Tandem effutire somnium uanissimum.
Agamus arbitrio nostro, pœnas dabit
Garrulitatis diras. furiæ plectent scelus
Huiusmodi. R v. Ex malefactis perceptam dolor
Supplicij consequitur uoluptatem miser.
Hominibus & Deo malignum est hoc scelus,
Et abominabile, ita cædem fratris tui
Perficere, quo scilicet interfecto pater
Perimetur, & mater luctu mœsto simul,
Priuatione filij, non legibus
Humanis facta: sed potius fratres mei,
Deseruitote cuncti temperantiæ.
Præterea uobis cunctis iracundiam
Supernam sæuiorem concitabitis,
Si trucidetis, quem dignum iudicauerit
Noster Deus, præsit qui olim fratrum gregi.
S 1. Lues quod admisisti, non sine fœnore.
R v. Flectite animos, ad iniquitatem celeriter
Nimis propensos, ultionisq; cupidos
Ferripotentis. Ferocem frenetis animum
Fratres. S 1. Vnde nouus concionator uenit?
Vnde isthæc relligio noua tibi tam citò?
R v. Ego quandoquidem nihil proficio tristibus
Minis, discedam, nolo cædis particeps.

Videri

Videri. quum rapaces cernetis minas,
Ceruicibus imminere uestris, tum feram
Frenabitis primùm uestram cupidinem.
SI. Quid de cupidine ais? num ego mouea
Adhortatu? dabimus fratrem diræ necí.
RV. Ah non, sed potius has in cisternas, aqu
Carentes conijcite. bene si morem mihi,
Quamprimum gesserint, innoxium auferé
De cisterna clam fratribus, cædis auidis.
SI. Lues improbe pœnas, factis dignas tuis
IO. Ah quid peccaui contra uos innoxius?
Ita'ne præda feris sum futurus ego lupis?
SI. Os comprimas iubeo: lateas h c improb
IV. Negotiatoribus his potius uendite.
SI. Heus impiger mercator, heus adesto. M
Me uolt? nũqs me hic uocat? abeo. SI. Ade
Inquam mane, est tecum mihi negotij
Quiddã. ME. Quin dic qd est? SI. En ma
Venale nobis. MER. Quanti abiectum uen
Mancipium? SI. Agam paucis, uiginti arg
MER. En tibi pro mancipio quod postulas
SI. Proh Iupiter, nunquis hic homo sequatur
Nemo est. iam erumpere isthoc gaudium lic
Nunc tempus est. ô fors fortuna, quàm bene
Stetisti ex partibus nostris, conatibus
Aspirasti meis, nisi stimuleum tibi
Statuissem supplicium, etsi omississem mora
Longe pœnas ultrices, Mandrabuli modo

peius euasisses indies. quia,
qui uitulum aliquando tulerit, taurum deniq;
tollet. semper enim degenerasses moribus,

SCENA II.

Ruben. Iacob. Dan. Iudas.

oseph, Ioseph heus, non respondes? ubi lates?
ô Iupiter, facinus fœdum, ô adolescentulum
infœlicem, ô sceleſtum, ui subduxerit
ex hoc lacu fratrem mihi charissimum.
A. Me uox tua exciuit foràs amarior,
Ii gnate, cur non ingredere domum? quid? &
urbatus hic perstas foris? quid est rei?
V. O pater, eloquar, id quod res tẽpusq; expetit?
uàm difficile est (dij boni) tacere, cum
oleas. feræ faces ardentes de manu
tq; gladios, diras q; uoluntates eis
xtorquere pater cupij, ut defendam meum
ratrem, quem ex medio conabantur tollere.
umq; hæc animo reuoluo sedulas meo,
rcumspicio, fratrem iuuare cogitans,
x faucibusq; eruere ardentibus fame
ædis uolens, ecce è medio sublatus est.
A. Lucis adimere usuram conati filio?
V. Sic est pater. IA. O Deus, gubernacula tenes
ui cœli, qui terræ. ô fortuna grauior es
me, quàm cæteros. ecquod unquam excidit
re meo uerbum grauius, quod eos læderet?

Ex magnis diuturnisq; gaudijs mihi
Repente pestis crupit tam maxima.
Quàm cito lætitia conuersa est in lachrumas
(O dura fata) atq; uoluptas recidit breui
Ad luctum omnis. Quid est mali, quod iam
Miserrimo deesse uidetur, filio
Crudeliter spoliato? aut alij cui nouæ
Calamitati relictus ullus est locus?
Existunt quædam beluæ immanes, ac ferè
Forma hominũ indutæ (portenta) hoc in
Istos non ad confirmandum scelus, sed ad
Pœnas luendas furiæ nunc agunt suæ.
RV. Ecce pater. IA. Hẽ. RV. Nisi oculi me
Aduenientem conspicio Dan. quid est rei
Quid adproperat? quid gestat in manu
Vereor mali quid sit. IA. Dolore augetur
Spectaculo æger animus. hic sparsam gerit
Vestem cruore sanguineo. Vestis quid hæc
Crudeli tabe peresa? DAN. Hanc inueni
Aspice, charissimi num fuerit filij
Tui tunica. IA. Cognosco, filij mei est,
Nota nimis misero, liuido tabo madens.
Hunc ego te aspicio, fili mi miserrime?
Tu'ne illa requies, tu sera senectæ meæ?
Ah fili fili, non te in tanta pericula
Misi, non affari extremum copia data
Misero patri; heu terra ignota iaces, data
Præda feris, alitibusq;. Nec funera pater

Tua produxi, pressi ue oculos, aut uulnera
Laui. Quò te consequar, aut quæ tellus habet
Artus tuos, auulsaq; membra, atq; lacerum
Funus? querelarum causa es lugubrium.
O nate: tantá ne me uoluptas noxia
Tenuit uidendi? quem genui, tua'ne hæc pater
Per uulnera asseruor uiuens te mortuo?
Heu nunc misero demum mihi infœlix seni
Exilium. nunc me fata tangunt impia:
O fatum ineluctabile, quò præceps me agis?
Quem quondam uirtutis gloria laude extulit
Cum summa ad cœlum, eundem iniuriæ premunt
Praui secli, inuidiaq; temporum nimis.
Ah quod putaui gaudium fore, extitit
Là in exitium. ò spem falsam, uoluacremq; nimium
Sortem, Potest'ne tibi huius uitæ hæc lux probè,
Aut huius cœli spiritus reficere tuam
Mentem? uix credo. nullam in spem amplius uocor,
Abrepto filio obsequente probissimè.
Fugiam conspectum uulgi, nusquam prorepam
Nulli uidebor in publico atratus nisi.
Fili heus, affer cilicium uestem lugubrem,
Domo. IV. Pater mi, faciam quod me iusseris.
En tibi. ne te adeò discrucies pater rogo,
Ne tantopere luge mortem gnati tui.
Homines nos esse meminerimus, eo modo
Natos, ut omnibus telis proposita sit
Fortunæ uita nostra, nos neq; grauiter

Eos feramus casus, quos non possumus
Vitare ullo consilio: cuentus repete iam
Aliorum memoria, nihil tibi noui
Existimabis accidisse. IA. Beatus est,
Fili mi, qui natos nunquam susceperit.
RV. Genitor, minus uidentur hi miseri mihi
Qui amiserunt temporibus difficillimis
Gnatos. His etenim tempestatibus cum eo
Non pessime actum est, cui culpa sine licito
Est mortem cum uita commutare, genitor.
Vidimus aliquoties secundam ferre te,
Aspirantemq; fortunam pulcherrimè:
Fac nunc intelligamus te aduorsam quoq;
Posse æquè ferre. nec id maius, quod accidit
Quàm debeat uideri, onus tibi. Dolor
Est nullus, quem non temporis longinquitas
Emolliat. IA. Tua consolatio leuat
Me paululum. sed quoties reminiscor mei
Gnati, emergit luctus rursus, & ingens dolor
Nihil tam uidi mite, ac placatum mihil.
Hunc unum fortuna hominum inconstans,
Quos unquam sol Titaneus conspexerit,
Terris ostendit optimum, atq; maximum.
Sed heu facinus, ostendit tantum, ac protinus
Subduxit: quid diuinitus dari potest
Mortalibus, Deo inspectore cordium,
Quod non in illo fuerit cumulatissimum?
Nihil potuit (ut uisum est) dulcius mihi

esse, idq; cùm uerbis, uultu, tum denique
animo. Magnus dolor meus, magnus pudor
Ecli nunc magna iniuria ademptæ sobolis.
Tu mi fili, qui curam mihi sæpissimè,
Et angorem animi sermone leuasti tuo,
Vbi nam es? ah quanto nunc fructu domestico
Priuatus sum? iocunda mihi omnia ex eo
Contingebant. Verùm Deo te maximo
Comendo. IV. Pater nil est præcipuè quod in eo
Doleas, quod uniuersis accidere solet.
Et si cares fructu quoq; iocundissimo,
Et hilari uultu gnati, & consuetudine:
Multum tamen mœrori diminutum erit,
Si hoc unum detrahi tibi potest, ne quid
Huic quem amisisti, contigisse putes mali.
Nemo mortalis est, quem non tangat dolor,
Morbusq;: multi sunt humandi liberi,
Rursus creandi, mors q; est finita omnibus.
Reddenda est terra terræ, tum uita omnibus
Metenda, ut fruges, sic iubet necessitas.
Sic cogitandum erit pijs parentibus:
Ego, quod genui, morituram sciui bene,
Futuras mecum commentabar miserias.
IA. Fili, uera quidem narras: si non ob oculos
Versaretur miserrima mors gnati mei,
Leuarer, ceu Deus medicinam fecerit.
Ah refugere oculi, corpus macie extabuit,
Et lachrumæ exedere humore exangues genas,

Situ nidoris barba pedore horrida,
Luctus me totum compræhendit, cœpitq; me
Reuertar in ædes, luctui dabo locum.

SCENA III.

Ioseph.

O mundi rector, superûm præstantissime,
Cuius ab humana nomen non effabile est
Voce: ô rerum spes, uia, uita, salus omnium,
In te præsidium statui per totum mihi.
Tota salutis spes in manibus condita tuis.
Non sine, ut abducant mala scãdala mentem
Sed me fide certa confirmabis, pater.
Huc age tuas aures flecte, quibus omnia
Percipis, & citò fer opẽ, quã ambit suppex
Sis mihi in auxilium, ceu rupes fortissima,
Quam uis armorum nequeat ulla rumpere.
Tu siquidem mea rupes, turris fortissima:
Tu dux igitur, tu rector eris gressus mei.
Quòd posuere mali, de reti captum eripe.
Longè plus roboris est tibi, quàm cæteris.
Errantibus lata uia est pedibus: te duce
Autem perueſtigabo semitas ego tuas.
Respice me, miserere pater, esto pius mihi
Roganti, miser immodicis ærumnis premor.
Contabuit luctu facies anxia rigido:
Vulnera sua sunt facta animæ crudelia mea.
Aetas languit assiduis trita doloribus,
Fathiscunt ægra corda in ægro corpore,

Vix succus miseris ullus ossibus inerit,
En omnibus ludibrio sum fratribus.
Negociatoribus en uenditus uagis
Primò, posthac rursus præfecto militum,
Factus deniq; fabula fœda omnibus meis
Digressumq; foribus noti fugere, nec
Amicorum ullus uoluit ferre opem mihi:
Nec superest ulla ratio reliqua miserrimo.
Creditus abiectæ sum quasi silens rei
Vmbra ego, cunctisq; partibus meis uagus
Incessit corporis tremor, consilia dum
Capiunt, qua ratione interficiant me, & meam
Animam qua conditione capiant. nostra spes
Solu tamen constanter adhæreat tibi.
Manibus certe in tuis uita mea est condita.
Eripies me alme pater ab hostili manu,
Sparge in me radios, & lumina uultus tui,
Ne pudefiam fragilis uitæ discrimine.
Hoc etenim seculum immites dominos tulit:
Aequom aut iniquom imperẽt, pensi omnino nihil
Habent: quod collubitum est, licere existimant.
Abeo, quid agendum sit uidebo in ædibus.

SCENA IIII.

Simeon. Zabulon. Ruben.

LAtius opinione erat (fratres) malum hoc
Disseminatum fœcundè, manauerat
Per plurimas regiones pestis undiq;,
Ascenderat altas alpes serpendo malum,

Id opprimi sustentando non potuerat,
Quacunq; potuit ratione reluctarier
Necesse fuit, nobis mox uindicandum erat.
ZA. Plaudamus fratres, quoniam non nobis
Iocundi atq; illustres debent illi dies
Esse, quibus conseruamur, quàm illi, nos qui
Nascimur. est namq; salutis certum gaudium
Nascendi incerta conditio: & quod nascimur
Amabili sine sensu, nos cum maximè
Voluptate alacri conseruati carbasa
Euro dabo, atq; frena laxabo genio.
Scelerum improbumq; machinatorem omn
Aegyptijs mercatoribus hinc uendidi.
RV. Harum omnium rerum uicissitudo cri
Impietate tua crudelis, quid arrogans
Superbis improbè? quid iactas de Dei
Bonitate talia? quorum nulla lux feret
Veniam tibi, perniciem lingua nocens tua
Cur meditatur sine intermissione? ceu
Acutum ferrum, ueri nesciaq; redamans
Doli? tibi nec est fides nota, nec ubi
Petenda sit, curas? num sapiunt tibi mali?
Qui populi corpus comedunt? qui ue sangui
Iustorum uiuunt? eruet robora quæ,
Stirpis radicitus fata, nec erit tibi
In uiuis nomen. qui facit foueam alij,
Plerunq; primus incidit subitò in eam:
Exitium qui alteri parat, sciat sibi

Vestem paratam, certò ut participet parem.
Hominum tibi pœnas decesse adhuc puta,
Furorem supplicium deorum existima.
Quis est tam corde duro, cum suspexerit
In cœlum, uindicem Deum non sentiat,
Hoc persequi sancto uelle suo numine?
Quis ex gigantibus q; est illis, quos ferunt
Bellum conatos immortalibus dijs
Inferre, tam impius? qui non mali hoc putet
Punitum iri à Deo ter longe maximo?
ZA. Relinquamus nugantè hominè (fratres) nihil
Quàm fabulas nescio quas incipit leues.
RV. At prædixi, malum si quod uos obruat,
Non prædictum tibi nullo dices modo.
BI. Delirus est, abeamus hinc. ZA. I præ, sequar.

SCENA V.

Potiphar. Ioseph.

In rebus prosperis, & affluentibus
Voluntatem ad nostram, ne nos superbiæ
Amara tangat: uix enim superbia
Tumefacta, semper euentus dulces habet.
Indomitus & furor, atq; fastus absit
A me procul, freni impatiens superbia,
Quorum uis q; animus contingit Olympum ferox.
Nam ut aduersas res immoderatè ferre, sic
Secundas fastu, desultoria leuitas
Est. Cum luxuriant animi rebus forsitan
Secundis, uel consilijs seipsos construent

Salubribus, uel legibus bonis parent.
Huic cogitationi tribuamus locum:
Consideremus aliquando, quanto sumus
Superiores, tanto nos ut submissius
Geramus. Et cauendum, ne Gnatonibus
Patefaciamus aures nostras uilibus,
Qui fortuna & fœlicitate citissimè
Alterius excitati, amici cœperint,
Ventri quo consulant, cum ceu lupus ululet,
Assentando aucupantur magnam gratiam,
Atq; adeò ementiendo, obtrectandoq; eis,
Qui de ipsis bene meriti sunt, sæuas inferunt
Iniurias. & cum seruum frugi sibi
Quis comparauerit, per quem præsens, item
Absens negotium confectum redditur,
Abalienare quàm primum conantur hi.
Quare prudenti animo necesse est hîc siet,
Custodias Ioseph, à mercatoribus
Emptum impigris Ismaelitis, qui iam mihi
Inde obsequenter usq; seruit maximè,
Iuxtaq; fideliter, atq; adeò ex sententia
Animi mei. magna est opinio de eo,
In excelso atq; illustri est laus sua posita
Loco. Generosa uirtus rebus singulis
Patiens, & immota omnibus adeò est casibus
In illo sic adsunt adolescente omnia,
Vt cum quolibet antiquorum facillimè
Eius uirtutes comparari possient.

Vera quidem laude probitatis dignus est.
IO. Lætus sum, laudari me ab laudato uiro.
Ea est enim iocunda laus, quæ permeat
Ab ijs, qui aliquando & ipsi in laude uixerant.
PO. Nec minus id donũ, quod uel plurimũ potest,
Diuinum duco, quòd fœliciter omnia,
Atq; adeò prosperè agit, quæcunq; agenda sunt.
Deum cœli terræq; rectorem cum eo
Esse uideo. nam prosperantem cuncta sub
Eius manus intelligo. modestus est,
Compositus, & promptus, non indiserius, &
Nil est eo tractabilius, nil clarius
Ingenio, industriaq;, mitis gratia,
Pura fides, & concors amor erga singulos.
Suauem placidus comitatur uultus gratiam.
In omnes conseruos officiosissimus,
Aduersus nemini, sed omnibus obsequi.
Quare iam cognitis eius uirtutibus,
Faciam, iusta illi apud me seruitus siet.
Vtq; animus maneat idem, qui est ei modò,
Precor deos. nam captus hîc rarissimus
Est, seruom agilem & frugi fortirier, fides
Quem comprobat religiosa, & constantia
Dictorum inuicta, & factorum impenetrabilis.
Præficiam domui (ut otioso pòst mihi
Liceat esse) meæ, atq; animo liceat obsequi.
Heus Ioseph, heus serue fidelis prodi foras,
Est quod loquar tecũ Ioseph. IO. Domine quid est,

Quod

Quod tibi mea ars efficere possit ampliùs?
PO. Te à paruulo postquam emerim, ut semp
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus,
Scis: faciam è seruo nunc sis libertus mihi.
Propterea quòd seruisti liberaliter.
IO. Si tibi quid feci, aut facio, quod placet,
Atq; id fuisse gratum tibi, habeo gratiam.
PO. Haud muto factum. IO. Ingentes gratias
Sed tu uno uerbo dic, quid est quod uolueris.
PO. Breuiter exponam tibi animi sententiam
Mei. Potestatem uides super omnia
Regis mihi attributamq; potentissimi:
Animum meum uides ceu fluctibus obrui,
Negotiorum semper magnitudine
Herilium, distentum in rebus maximis
Gerundis, sustinendisq;, ut molestia
Frangar ferè. Insuper domesticæ rei
Debilitat cura me. ueniunt examine
Longo insomnes curæ, ac angunt me mordic
Vigiles. quare perspectis uirtutibus ego
Ioseph tuis, præpono te omnibus bonis
Meis, gubernabis riteq; familiam.
Habeto ius summum conseruos in tuos:
Credo uniuersa tibi, excepta coniuge mea
Casta. quapropter si te ipse excitaueris
Ad omnes partes audiendi quàm optimè,
Non ut cum cæteris, sed ut quàm maximè
Tecum ipse certes, etsi omnem deniq; tuam

Mentem, curam, consilium in rebus omnibus
Excellens excitaueris tuum modò,
Laboribus parabis æternam tibi,
Et posteris olim futuris gloriam.
Delectat quoniam strenuos gloria nobilis.
IO. Cupio domine secundum nutum uiuere
Tuum, modo præscribas aliquot leges mihi.
PO. Sic te domestici intuebuntur mei,
Vt quendam cœlo delapsum hominem existiment.
Quare, ut maris gubernatores optimi
Vim pellunt, eius impetum sæpissimè
Eluitant: sic regesq; familiam meam.
Tibi data est summa potestas rerum omnium.
Nihil negotij est eos, præsis quibus,
Tranquille continere, cum te contines.
Voluptatibus abstineas, quæ datæ hominibus
Natura, cuius auidæ sunt libidines,
Et effrenatæ, quando in homines noxios
Remigrant, furtim uirtuti inuident graui.
Euersiones hinc rerum tristes. malo hinc
Luxu uoluptas coniuncta, trahit perditos
Secum casus. homines in præceps hæc rapit.
Tum corpori morsus uenenatos quoq;,
Tum animo stimulos addit acres, & morsus feros.
Voluptas nomen inuidiosum, infamiæ
Subiectum est, mater omnium improbissima
Malorum. corporis nulla capitalior
Pestis. Voluptates dominæ blandissimæ,

Maiores

Maiores sæpe partes animi detrahunt
A' uirtute dolorum cumq; faces admouentis
Pleriq; exterrentur primò præter modum.
Deniq; nullum est facinus, nullum deniq; scel
Ad quod suscipiendum uoluptatis furens
Libido non impellat, non præceps agat.
IO. Cauebo ab omnibus, quibus te sentio
Lædi, certe: qui fructus debentur tibi
Ex me, præstantiores ut queas cos,
Atq; uberiores capere, curabo lubens.
Omnia studia, curam, operam, mentem dabo
Tuis in rebus curandis figo, & loco.
Statui enim non officij duntaxat in eo
Fructum, sed etiam pietatis laudem mihi
Acquirere. & quid est, si defraudent tuos
Oculos: Domini tamen effugere nequeo nec
Conspectum, lumine qui conspicit omnia sub
Ego quæ ad te here pertinere existimo,
Tuosq; liberos, omnia quàm sedulò
Curabo: quæ cum faciam, beneuolentiam
Tuam studiosè imitabor erga me. sequar
Etiam merita. Sed perge præcipere mihi.
PO. Domui toti rogo meæ fac cognitum,
Tibi omnium (quibus præes) charissima,
Salutem, famam, fortunas, & liberos
Esse. & si quis erit, in quo nimis offenderis,
De quo aliquid senseris, huic crediderisue
Existimationis amplius tuæ

artem nullam, neq; minimam commiseris.
Multis enim simulationum conditur
In uolucris, & quasi uelis obtenditur
Quibusdam, cuiusuis natura callida.
Frons, oculi, uultus, sæpius pedes, manus
Mentiuntur, oratio sæpissimè.
Et sic fallaces sunt quidam, atq; adeò leues,
Vt seruitute longa perditam parent
Se ad assentationem: quos ego tibi
Fugiendos ceu luem censeo: sunt namq; non
Nobis fideles, uerum assentando inuident
Partam nobis dulcem, & lucentem gloriam.
Quare sint fundamenta dignitatis hæc:
Tua primùm integritas, & continentia,
Probitas, iustitia, facilitas, atq; grauitas,
Quæ non solum blandæ resistat gratiæ,
Verum tacitæ suspicioni. Et omnia
Huc referas, ut ij qui sub imperio tuo
Erunt, beati penitus uideantur sibi.
Sic omnes tibi domesticos deuincies,
Amicitia, officio, atq; beneuolentia
Habebis implicatos, obseruantia
Summa erga te, bonos uiros adiunxeris
Officijs, ad necessitudinem tuam.
Audistin' hæc? IO. Etiam domine, curabitur.
Neq; isthic, neq; alibi usquam erit per me mora.
PO. Nihil est, quàm ut uiuas ex præscriptis legib.
IO. Curabitur. P. Eamus nũc intro. IO. I præ, sequar.

ACTVS TERTII,

SCENA I.

Sephirah. Ioseph.

Ah Ioseph, laudibus quibus te nunc uehā
Qui im seruorum aliorum es dissimilis? capi
Virtute tua. Crediderim uirtuti simul,
Et naturæ pugnam fuisse maximam
In ornando te: conueniunt mores tui
Diuini, eorum gratia est blandissima,
Et suauem placidus sequitur uultus gratiam.
Index ingenij, atq; animi compositi benè
Cordata oratio. Figura corporis
Noua, color, uultus absq; fuco uerus est.
Qui uestitus, quæ nitida habitudo corporis
Linguaq; nunquam riget, carent rubigine
Dētes, nec male odorati tristis est tui
Oris anhelitus, aspectuq; decorus probè.
Ah tota flagro amore tui, tantum mihi
Incendium molli facit flagrans amor
In pectore, ut nequeam durare longius,
Quin infœlix ab eo impetrem, quod postul
Acer enim in extremis hæret amor ossibus.
Quid igitur faciam? quid restat miseræ mihi
Quanto minus spei est, tanto magis ego amo
Ecce animum blanditijs furtim prændere p
Vt non quicquam recuset, sic deuinciam.
Benignitatem herilem quis seruos datam

Non amplectatur cupidè? etiam secum benè
ictum putet, felicitatis non loco
Ducat magnæ, heram habere supplicem sibi?
Nec faciem te pigeat eius laudare, nec
Ocellos, Phœbi clariores luce mi,
Et teretes digitos, nec non auratas comas,
Collum niueum, teneros artus. excitat enim
Laus adolescentulos, propensos maximè
Ad naturā ad amorem. formæ præconia
Etiam abstinentes. fortes q; oblectant uiros.
Huius Iunonia ostendit sæpissimè
Laudata, pennas. singulari prosequor
Te affectu. ut stipulæ demptis adolentur leues
Aristis, ardent ut spinosæ facibus
Sepes, uator quas uel admouit nimis,
Vel iam reliquit gaudens luce forsitan:
Sic in flammas nimis ego acres misera abeo.
Sic toto pectore uror, sterilem nutrio
Sperando amorem, uix sustineo lachrumas.
At lachrumæ prosunt, alliciunt q; iuuenes
Ad nostri amorem. fac igitur ille uideat
Maidas genas. si deficiunt lachrumæ tibi,
Da manu tere oculos, num allicier queat.
Tranantur obsequio flumina: nec uincere
Potes si contra aquam, quæ te rapit, nates.
Rustica paulatim taurus indomitus subit
Aratra. hunc non flectas lachrymis, nec mitiges?
En ad opus omnes uires exigam meas.

Dij cœptis aſpirent, perennes rogo deos,
Vt impetrem bona uenia, quod poſtulo.

Ioſeph ædibus egreditur.

Atq; eccum egreditur ædibus, ſpero ſatis
Molleſcet. ſed ſatis incedo culta? hæc ſatis
Fulgens purpura dominã me exornat pro
Tingit rubor niueas flore decenti genas?
En nobilis auratos armos hæc purpura
Veſtit, non auerſabitur meas preces.
IO. Neſcio domina quid ſecum murmurat
Accedo. Pax tibi domina candida: quid eſt
Quod adeò tacida tecum loqueris hera? do
Quid eſt? SE. O Ioſeph Ioſeph, iam te oſte
Opportunè. felicitatis aduenit
Tempus. IO. Quid læta ſis, curq; toties
Dicas. SE. O lux, ô mea uoluptas unica,
Anime mi, nolito reluctari meis
Quæſo precibus. hera tibi quòd ſum, inte
Quæ poſſum pro meo iure imperare, qua
Cogere potis ſum te facere, quod poſtulo.
Tum quòd uehementer flagro amoribus tu
Et neq; par eſſe potero diutius mihi.
Meæq; amores cogunt obliuiſcier
Ah dignitatis. tu igitur iam quod fœmina
Potens, atq; adeò domina tua offert, accip
Dum tibi copia, dumq; ætas florens fert tu
Ah Ioſeph Ioſeph, tua quæ forma ſit uides.
Niueo lucet in ore rubor, argutos habes

Oculos, qui radiant in morem ſiderum.
Facies amorem exornat tua. brachia niue
Suhonia candidiora, allicere uel deas
In amorem poſſent quoq; caſtiſſimas tui.
IO. Fragilis & fluxa eſt omnis formæ gloria,
Formæ meæ nitor rapidus, uernalium
Florum prompta uelocitate fugacior
Eſt: & quodcunq; in me miraris, id poteſt
Diſſolui triduanæ febriculæ ignibus.
Vitreum & breue eſt, exigui donum temporis.
Sola eſt uirtus clara, atq; æterna, quæ facit
Fortiſſimum quemuis cupidum conſtantiæ.
Nihil (crede mihi) uirtute eſt formoſius,
Altiſſimis defixa eſt hæc radicibus.
SE. Luctantur, & leue ducunt in contraria
Pectus meum, hac amor, odium hac: ſed amor puto
Superat. odero, ſi potero. ſi non, inuitus hunc
Amabo. nec iuga taurus amat, ſed tamen habet
Quod odit. rogo per faciem magni numinis
Inſtar mihi, perq; tuos oculos, qui meos
Rapuere, ut molleſcat tuum cor ſaxeum.
Quicquid eris, meus eris ſemper, tu ſelige
Tantum me quoq; uelle. et ne me contempſeris,
Candida minus ſi ſim: iunguntur ſæpius
Albæ columbæ uarijs, & niger ab aue
Viridi turtur amatur. non effectu caret
Ioſeph, quod uoluere duo. precibus te meis
Rogatum, rem tentaſſe non pœniteat: &

Dum benè ponendi munera tempus habes,
Ne defuisse multo pòst tempore putes.
IO. Hæc fòrma uera est, hera, quæ placet D
Quæ honestatem insignem tuetur omnium
Et feruidam coërcet arctis uinculis
Libidinem, excitata membra fortibus
Captiua dat uinculis: non quæ mortalium
Animos alliciat cupidos ad libidinem.
Si curæ recti esset, si iustitiæ tibi,
Cedere deberes ignibus feruentibus,
Et amborum conferre pericula horrida.
Tu dominum si tuum fefelleris, feres
Tristia cum magno damna pudore. nam
Fronte oculos centum, nec ceruice minus
Nullum hominum scelus ignorat, sed uidet
SEP. Herum latebit facilè hoc peccatum
Et si Deus conspexerit facinus, tamen
Longos in annos sæpius differt grauem
Pœnam. est enim cunctator. & si id accid
Nobis quoq;, interim agemus pœnitentiam.
IO. Deus quidem cunctator est, sed desid
Quoq; tarditatem grauitate ultor pensit
Pœnæ, atq; peccati reos crudelius
Punit. Tantum inferam pro meritis ego m
Heri malum? ah nimium ingratus meritò
Quouis malo dignissimum me deputem.
Est multo melius habere fiduciam in bonis,
Quæ cognoscuntur, quàm in malis, quæ

imore celantur, sparguntur q; populo.
EP. Amandus est equidem, qui clara præmia
eritis præclaris digna reddidit tuis.
erfum tuos in me flecte oculos lux mea,
rgire nunc mihi suauissimum osculum.
. Ah domina, fumo feruens flamma est proxuma.
ui cupiat euitare prudenter malum,
tanda ei (ceu pestis) est occasio.
Qui non uelit corruptis esse moribus,
b improborum abstineat consuetudine.
Qui cum puella non uelit cubare, ne
et osculum. quamuis fumo nihil potest
omburi, at flamma multa possunt. Fumus est
ndicium flammæ, erupturæ citissimè.
EP. Ah non te credidi adeò inhumanum fore.
xistimaui eodem te ingenio, uelut
unt cæteri, proni ac prompti ad muliebria
fficia conficiendum. Formam dedecet,
e indolem tuam egregiam, superbia.
ultus seueros exue, nec rigidi uiri
ra tuere. placet inconcessa enim Venus.
. In uetitum nitimur quidem, & negata nos
upimus, & uelut infirmi mortales graui
Morbo cum æstu, febriq; iactantur, si aquam
elidam biberint, releuati uidentur, at
osthac grauius multo afflictantur: sic sem l
celebris honestatis fines transgressa sis,
genio indulseris satis ex arbitrio

Tuo, insanoq; amori fœmina applices.
Et dux malorum, & artifex scelerum, tam
Nunquam satiaberis. Verum prioribus
Postrema fiunt deteriora, affectui
Isti satis nemo fecit mortalium.
SE. Ah quid refert succubuisse uni noxiæ?
IO. Aut me rapax mittat edendum Scyllæ
Aut quoq; suppona aquæ statim Trinacri
Nocuisse posse sat est. Si ipsa potestas iuuat
Aliquẽ. per mala nostra precor, quorũ
Leuamen, per genus, atq; per numen Dei
Cuncta uidentis, adhibere preces molles
Spiritus enim meus per auras has leues
Vanescat, quàm thalamum domini uiolem
Iudicium, non affectum, qui semper solet
Esse inconsultus, in consilium adhibe tuum.
Respice finem. nec cogita in præsentia
Quid placeat, quàm quod semper placiturum
Nunc uelle iuuat, at mox uoluisse nos pœnit.
Affectibus domina resistendum est malis,
Ac fortiter reluctandum. si possies
Obstare principijs. Orsus mali, malus
Finis. quod cœptum est prauisq; rationibus
Quamuis uidetur primo succedere, tamen
Habet malum plerunq; postremo exitum.
Et insuper Dei graues metue minas:
Quibus potest nemo, potens quamuis sit,
Effugere. aquilam Deus ferocem assequitur

rem marinum delphinum præuertitur.
E. Ne me sperne (precor) munera pro facto feres
berrima, ultus, scueros tandem exue,
Qui tenero lachrymas lætus in ore meo uides.
O. Quid fles? & teneros lachrymis teris oculos?
t pectora tenera plangis indomita manu?
Multæ manent, quamuis custodibus carent,
nter quàm plurimos intemeratæ procos.
Miror domina, unde hic appetitus sit tuus?
E. Si formosus minus esses, petereris minus.
Audax uenusta facie cogor ego tua
Esse. facis tu hoc, oculiq; tui, cedunt quibus
Ignea sidera, qui causa sunt flammæ meæ.
Hoc faciunt flaui crines, atq; eburnea
Ceruix. Non sunt leuiter districta pectora
Telo, descendit uulnus ad ossa mea graue.
Ah nimium simplex Ioseph. ne inquam rusticus:
IO. Crescere ego non cupio per turpitudinem.
Parum melius est cum timoribus Dei,
Quàm habere cum rubore magnas copias.
Qui iniquitatem seminat, metet mala.
SE. Hanc faciem culpa posse carere tuam putas?
Ah Ioseph, non tibi uerba damus, uulnera
Mea sentis. Quod si forsitan præcordia
Ferrea tangunt preces meæ, nunc percipe
Animo uerba minora meo. namq; sum tibi
Supplex, mihi quod tu fuisti sæpius.

Nec moror ante tuos procubuisse iam pedes
Non flecteris? crudelis & durus nimis.
Quid autem est hirto durius saxo? atq; quid
Est mollius gelida aqua? dura tamen, aquis
Molli cauantur saxa. Tempore ueniunt
Difficiles ad aratra iuuenci, tempore pati
Docentur lenta frena equi sæpe alipedes.
Tu fœminæ resistis unicæ? rogo
Per istas lachrymas, dextramq; te tuam,
Si bene quid de te merui, misereſcat mei
Te. Quid precibus nostris esse potest mollius
Hanc amplecti potes, arbitrio frui tuo.
Rogo per tuam fidem, & per solitudinem
Nostram. ecce texui lectum meum tibi,
Pictis straui tapetibus pulcherrimè,
Aspersi quoq; roseum cubile fructibus
Beneolentibus, myrrha, cynamomo, & balsa
Veni fruamur concupitis (dum licet)
Amplexibus. non est enim uir in domo.
Abijt uia longissima. IO. Quæso ædepol
Domina, quando id fieri nequit quod uis, ut
Id quod possit. Quanto satius est te id dare
Operam, quo amoueas istum amorem hera e
Animo, quàm semper id loqui, quo tua magis
Lubido incendatur? SE. Damus facillimè
Omnes ægrotis (quum ualemus) prouida
Consilia. tu si h c sis, longè aliter sentias.
Grauior mihi morte est, repulsa, pallida.

IO. Domina, omnibus precib. oro atq; obtestor, ut
In maximo affectu tuo aliquid temporis
Huic cogitattioni impertias. Deus
Quàm horribiliter Pharonem tum punit potens,
Plagis regem crudelibus, cum Sarai
Proposuisset uitiare Abraæ coniugem?
Nimis ego ignauos sim, si, cum fratres mei
Ob raptum concubitum sororis, liberæ
Puellæ amoris desiderio, nuptijs
Pensandum regijs, cunctis cæsis uiris
Reliquam diripuere urbem: ego tantum mea
Mollitie admittam facinus, domina, absit procul.
Hem cogita, quod coniugem decet probam
Munus, pudicitia, modestia, pietas,
Timor Dei. confidit in frugi uiri
Cor coniuge, reddet ei maritus omnibus
Diebus, operum mercedem uitæ suæ.
Casta & pudica mulier corona est uiri.
At quæ confusione res dignas gerit,
Deterrima est putredo in ossibus uiri.
Quare accinge tuos lumbos fortitudine,
Et firma brachium tuum, ut resistere
Possis malis affectibus tuis, decor
Marito sis. considera domus tuæ
Semitas, beatam dicant filij tui.
Est pulchritudo uana, & fallax gratia.
Nunc hic dies aliam uitam adfert, & alios
Mores iam postulat, abice mollitiem animi.

Difficile erit tibi, mihi in isthac re dare
Verba. SE. O mi Ioseph, tibi uerba dare me
Penitus quæ amore pereo tui miserrrima?
Ah Ioseph Ioseph, quod datur gratis boni,
Amittere, Ioseph permagna est inscitia.
IO. Atqui hoc dono peius nihil nec est mihi
Tibiq́;. nusquam me auellas, firmatus est
Animus. Qui adulter est, cordis sui ob inopiam
Animam suam perdet, sibiq́; congregat
Damnosam ignominiam, atq; turpitudinem,
Et opprobrium eius neutiquam delebitur.
Hominis uias Dominus scit, & considerat
Eius gressus. Iniquitates impium
Capiunt suæ, & peccatorum constringitur
Compedibus, & tandem morte moritur miser.
SE. Non merui tandem precibus, dignæ ut fa
Miserearis? quin amplectere. quid differes?
IO. Vel ante optem tellus dehiscat mihi prius
Vel omnipotens pater adigat me fulmine
Ad umbras pallentes Erebi, mortemq́; me
Profundam, quàm alieni subseßor sim thori.
SE. Ioseph, si amore non flectere, senties
Quid poßit ira mea. feram' ne ineptias?
Et magnifica uerba tua? quid si ui expleam
Amorem, tamen eßet reluctaturus hîc?
IO. Amor affectu exhibetur, haud ui cogitur.
SE. Dij deæq́; perdiunt, ingratus es
Nimis. Abeo intrò. quando proficio nihil.

Sed credito mihi, exacerbabo nimis
Dominum aduersum te, ut non restinguere liceat
Vnquam iram coniectam mariti in te mei.
Silices habes, & durum ferrum in pectore.
Te lapis, & montes, innataq́; te robora
Rupibus altis, te sæuæ genuerunt feræ:
Duris te genuit perfide horrens cautibus
Caucasus, & tigres admouerunt ubera.
Nunquam fletu ingemuisti crudelis meo:
Non lumina flexti, non miseratus amantis es.
Quæ sim, mox senties. inultum hoc auferes
Nunquam. IO. Isthæc non amantis dicta sunt. ego
Patiar inuidiam, passo dentur præmia.
Quamlibet accuses, & sis irata liceat,
Et licet imperiosa capillos uellas meos,
Oraq́; sint digitis liuida facta tuis mea,
Perpetiar omnia. reseruent me compedes
Vinctum catenis (dum bene se, & quantum solet
Ira satiauerit ipsa) tum dices tibi,
Quàm diligenter munit castitate se.
SE. Quid sim factura, furcifer experibere.

SCENA II.

Ioseph.

Furore multo sæuit iratum mare,
Proniq́; fluuij, & ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quàm plurima:
Sed nil ita acerbum, & noxium, ut mulier mala,
Quod etiam testatur quædam mala inquiens:

Sumus

Sumus quidem quales sumus nos fœminæ,
Neq; enim malæ ausim dicere.namq; incensis
Vt nihil formidabilius est,sæuo mari
Nihil periculosius,unda uincitur
Rarò maris:sic,his mulier simillima est.
Heram meam mulierum præstantissimam,
Esse omnium probissimam,& castissimam,
Eius mentem longè remotam credidi
Ab omnibus libidinis & affectibus.
Sed experior miser diuersum.euellere
Aculeum uesanæ libidini puto.
Sed sic amore cæca fertur improbo,ut
Cupiditatem ipsius nulla retardare eam
Videatur turpitudo,etiam fœdissima.
O fœminæ scelus longè turpissimum,
O fœminæ libidinem effrenem nimis,
Quæ cupijt allicere ad nefandum me sui
Amorem.& ni monitus fuissem sæpius
Parentibus meis,cœpisset me suis
Callida retibus.huiusmodi præcepta sunt
Patris mei:Fili, cum præcordia licet
Modici motus tangunt,in primo limine
Pedem refer(dum tibi licet) mala opprime
Semina,dum noua sunt.nam medicina sæpius
Serò paratur,præcipuè cum per moras
Longas malum conualuit.nam uires mora
Dat,& teneras uuas coquit segnis mora.
Et ualidas segetes,quod fuit gramen, facit.

d quale sit,quodcunq; amas, circumspice
Hente celeri,& læsuro subtrahas iugo
Collum tuum, nec longe differes malum.
Dat uerba amans omnis,reperitq; (credito
Mihi)morando alimenta optima. sed proxuma
Indictam quæcunq; dies, diram à te exigit.
Quare,antequam Læsus sies amoribus,
Dum furor in cursu est,tum furori cedito.
Natator difficulter ibit contra aquas
Aduersantes,etiam si pugnet maximè.
Fallax amat mollia nimis Venus ocia.
Quare qui quæris finem amori, res age:
Tutus ab amoribus iam eris,quciunq; amas.
Sed de his satis dictum puto.quæ agenda sunt
Domi, curabo sedulò.ô Deus iuua,
Ne heræ meæ blanditijs ducar impijs.
Abeo intrò,dij bene uortant, & mecum sient.

SCENA III.

Sephira. Ioseph. Gabriel. Michael.

Perij,nisi quis me Deus respexerit,
Nemon prodit,qui miseræ fœminæ ferat
Opemeuenite citò, uenite iuuate me,
Rapite mœchum, rapite,qui uim mihi intulit.
Ioseph hic ex domo domini sui effugit celeriter.
O. O sancte Deus,qui cœlum,qui terram regis,
In cuius omnium uita est condita manu,
Serua obsecro me. en quippiam nostræ domi

Operis

Operis facturus, nacta solitudinem
Hera ferox appræhendit pallium meum.
Per uim trahit castum constratum ad lectu
Cupiens explere libidinem diram suam.
O fœminam procacem, ô mulieris scelus
Incredibile & inauditum, ô libidinem
Indomitam, ô audaciam præcipitem fœmin
Non timuisti Deum malorum uindicem,
Si hominum minus famam? prostrauisti om
Libidine ac furore, uicit indecens
Pudorem cupiditas, honorem audacia,
Rectam uicit rationem ipsius amentia.
Nil in mea uita uidi scelestius.
Quæ me, quæ herũ (facinus audax) faller
Omnipotens pro laude tui me ægrum nom
Conserua, & opem feras mihi: tu'nam pote
Duc dextra manu miseros, & percipe
Preces meas, animum tuum mœsta moueat
Querela. En aspice, ut insultet domina mih
En quàm furit ferociter in clades meas?
Crimen mihi quærit nefandum obtrudere.
Animum metus, & horror sæuus circumde
O si mihi uolucres quis alas necteret,
Qualibus ire in uentos columba sæpius
Rapidos solet, cunctando haud differrem di
Sed ocyus effugerem, si forsitan queam
Euadere has tempestatis sæuas aquas.
Quid est enim loci relictum iam bonis

Virtu

irtutibus, pudori, rectisq́; studijs,
robitati, ueræ libertati hoc tempore
rauissimo? ingratissimoq́; seculo?
O Deus, quibus pro nostris immortalibus
eneficijs, salus charissima debeat
sse, & meæ fortunæ. tum propter scelus
orundem, nihil mihi intra parietes
utum domi, insidijs nihil uacuum ubiq;.
Quare age Deus linguas infames contere.

Hic ingrediantur angeli in proscenium.

Sed ecce quos cerno eminus illustres uiros,
Eo obuiam, & flexo genu honorem exhibuero.
Pijssimi uiri, quid est, quò pergitis?
Qui ue estis illustrissimi? ad me tenditis
Iter? GA. Ministri & custodes sumus tuæ
Animæ, atq; corporis, legati à maxumo
Deo omnium, qui exaudijt miseras tuas
Querelas: nos misit, minuendi gratia
Tui doloris. quare fac animo sies
Forti, Deo confide maxumo, fore
Speresq́; ut impetu dominæ leuissimo
Fracto, tua (credito mihi) gloria uetus,
Et dignitas rursus cedet tibi pristina.
Etsi tibi ex ijs rebus, quas forsitan
Fortuna largita est, quid ereptum siet,
Et hominum inuidia quippiam detraxerit,
Credas tamen id maiori fraudi illis fore,
Nec non periculo, quàm tibi molestiæ.

Rectæ

Rectæ uoluntatis. nam conſcientia
Incommodis rebus ſit conſolatio
Longe præſtantiſſima. nec eſt ullum malo
Tremendum, quod præter culpas euenerit.
Quando moderatè præſtitimus id quod d
Vacare culpa, maximum eſt ſolatium.
IO. In multis & uarijs moleſtijs meis,
Tum me in dolore ſummo conſcientia
Recte factorum conſolatur maximè.
Iniurias exiſtimo leues, graui
Et firmo animo, tanquam fluctum à ſaxi
Frangi oportere. quare conſcientiâ
Recti mihi uiuo, ne mortuo quidem
Vnquam eripietur. At tu fidus es comes,
Duriſſimis Deus rebus mihi cognitus.
MI. Ioſeph audijt & gemitus, & rogantis
Verba Deus ſupplicis. certáq; fides facit,
Vt pacificam præſtet ab inimicis tibi Deu
Tandem quietem, qui tibi tot iam modis
Eſſe ſtuduerunt noxij. illos deprimet,
Solus manens in regno inexpugnabili,
Eorumq; ſtudia mala ſubitò conteret.
Nulla eſt enim ſpes, poſſe mutari malos,
Niſi Deus ſæuis terat pœnis eos.
Quare, qui amas iocunda pacis fœdera,
Curas tuas omnes domino committito
Potenti: is tua, teq; ipſum defendere poteſt.
Ipſus loco ſtabili facit conſiſtere

ſtum, & lætificæ pacis habere dat bona,
ſus pater gaudentes fuſo ſanguine
andem in mortis foueam præcipitanter feret.
O. Habeo Domine magnam tuis uerbis fidem.
anebit in uerbo Domini mihi gloria
era, & meas ſpes ſemper fixero in Deum.

SCENA IIII.

Sephirah. Potiphar. Ioſeph. Dromo. Deſmius.

VBi ubi eſt, celari non poteſt ſcelus diu.
Hoccine tam audax facinus facere auſus furcifer?
t heram falleret conari ſordidus
eruus ſuam? hoccine eſt pium? ſi nunc mihi
Detur, ut ego facile unguibus uenefico
n oculos inuolem meis. PO. Perij, quid eſt
Abſente me turbatum in noſtris ædibus?
Adeo, quid iſthuc? quem quæris coniunx mea?
Quid feſtinas? SE. Egon' quẽ conquiram, rogas?
ebræus, quem nobis dediſti, quas dedit
Turbas? PO. Perij, quid eſt rei? SE. Tu, illuderet
t nobis, hunc introduxti? diram ſuam
Libidinem cum fœmina caſtiſſima
Exerceat? (malum infandum) ecce ingreſſus eſt
d me, ut mecum condormiat, ui comprimens.
O. Siquidẽ ſunt uera, quæ narras, quantũ ſcelus?
E. Tam uera ſunt hæc, quàm ſupra nos eſt polus.
igo niſi pudicior fuiſſem eo,

Et uim pepulissem à me nefandam, domine
Succubuissem misera peccato maximo.
Cum succlamassem, & audisset uocem me
Scelestus ausugit, relinquens pallium.
In argumentum igitur fidei certissimum,
Retinui pallium. PO. Quid ais lectissime?
Quid isthuc'nam monstri fuit? Pro Iupiter!
Exi foras sceleste. at etiam restitas?
Fugitiue prodi male conciliate. IO. Obsc
PO. Illud uide, os ut sibi distorsit carnifex
Quid huc reditio est, quid denudatio hec?
Cur me enecas, ædes contaminando meas?
Tantam doloris ferre uim non possum &
In posterum, quod totius adeò familiæ,
Nostriq; nominis famam celeberrimi,
Probris tuis, flagitijsq; uiolaueris.
Non magnitudo maleficij, si te minus
Existimatio mouit mortalium?
IO. Opinionem falsam uestris mentibus
De me concepistis. nam conscius mihi
Sum bene recti, testor salutiferos deos.
PO. Huius tumet calamitatis es ingens
Causa, & pudicas fœminas, & candidas
Officiorum insimulatione furcifer
Fallendo. IO. Domine, homini innocenti
Est optandũ, quàm æquũ iudiciũ. PO. Q
Famæ tuæ quicquam per inuidiam fiet
Cuiuspiam nostri detractum iniuria?

em certiorem facere uidetur & timor,
t perturbatio, nec non creberrima
utatio coloris, & qui uultus est
spensus, ac incertus, furcifer, tuus,
spicionemq; hæc omnia faciunt mihi.
umus item demissus. Homo acutissime ad
xcogitandum, & ad audendum improbissime,
t ad efficiendum acerrime, et maleficij
ecenetis conscientia conterrite,
il respondes? redargue me, si mentiar.
O. Here, ut mare est tranquillum natura sua,
Quod ui uentorum concitari sæpius
amen uidemus: sic ego sponte sum mea
lacatus, sed iniquissimorum uocibus
oncitor. ah res ipsa indicat, te cogniti
abere nihil, ac comperti de facinore
eo, insimulor cuius ego insons à coniuge
ua. ô si causa nunc pro se posset loqui,
efenderer facile ab obiecto crimine.
O. A crimine cupis liberarier scelus,
s qui princeps & architectus turbinis?
eus heus coniunx, exi foras citissimè.
. Hè præsto sum mi uir, quid est quod me euocas?
rifurcifer factum negas turpissime?
ic cupiditatibus omnibus domum
ostram marite manifestauit, cædere
t familiam suo pro arbitrio, & sua
abidine. PO. Hem, quid audio de te mali?

SE. Abusus est demum omnibus nostris bo
Scortarier, baccharier, furarier,
Et nil cœpit sceleris pudendi omittere.
Os impudens, quid poteris his prætexere
Eloquere. quid obmutescis? & quid con
Vultus tuus? quin respondes: quid massa
IO. Profectò erumpet aliquando ex me
Et dicam sine mora miser quod sentio.
PO. Quid inquies trifurcifer? quod nam
Sceleris, aut improbitatis prætermittier
Solitum est à te hoc facto unico? Ehem s
Columen, cui fidem habui maxumam mis
Scelus, tuam dominam, an me adeò dign
Quos ludas? IO. Occidi, nescio quid fiet
Cur me accusent. quid peccaui, aut com
SE. Nimia illa licentia euasit tantum in
PO. O ingentem confidentiam, tantam i
Posse occultari existimas? ita'ne semel
Apertam circumsers (malùm) fraudem in
IO. Permitte, me expurgẽ, domine audi m
SE. Mirum ni quod concinnat iam mendi
Caue isti quicquam credas mi uir, qui in
Suis ut sit, quæ conferant, loquetur. IO. A
Si quicquam mentitum inuenies, occidito
PO. Age nunc, iam ego pol hodie, si uiuo
Ostendam, heram quid sit pericli fallere.

Hic potiphar euocat lorarium.

Audi obsecro. DR. qd uis? P. sublimẽ intro

Quid ntum potes. DE. Quem? PO. Ioseph. IO.
Quid feci? PO. Rape.
Cura adseruandũ uinctũ. atq; audin', quadrupedẽ
Constringito. IO. Ô Domine, flectere, quoniã meæ
Fortunæ multum iactatæ diu hactenus
Portus fuisti, libera me à uinculis.
PO. Tuas preces cognosco, & uota nefaria.
Apagete sin abducitis, omnes peristis hic.
Rapite, ducite, tanti ut sceleris pœniteat.
Tuam libidinem domare carceris
Pœna uolo. licentiam præcidam eam,
Libertatemq; uiuendi, qua abusus es.
Ab incœpto furore seuocêris. hoc
Itaq; supplicio fortè redibis in uiam.
IO. Me miserum, qui meis uirtutibus, fide,
Probitate, humanitate in tantas incidi
Aerumnas. ô maxima nostri insectatio.
Ah possum ego obliuisci sortis pristinæ?
Qui fuerim, qui iam sim, quo honore & gloria
Caream? ô malorum uindex, ubi lates, Deus?
Quin uindicas me? sed multorum sæpius
Hominum improbitate diu depressa ueritas,
Emergit tandem, & præclara innocentiæ
Defensio intercluſa, respirat, diu.
Quem uirtutis gloria summa laude extulit,
Inuidia eundem fœminæ improbissimæ
Iam deprimit me ad supplicium indignissimum.
Vos uos, dij immortales, testor, qui meæ

Menti, qui splendentia præfertis lumina,
Quod ad hanc calamitatem solus (deus)
Delectus sum, menses mouere debeo
Iure omnium mortalium miserrimus.
Periculum iniustè creaui nemini,
Si lingua est mihi concertandum, innocen
Virtutibus fretus uincam celerrimè.
Sed est mihi præcisa iam defensio.
Lætor tamen, & obtestor maximum Deu
Atq; adeò uos: non uitæ turpitudine
Me, aut magnitudine scelerum, aut infami
Propter, subire iure, aut me persoluere
Supplicia merita. Quapropter uidete, ne
Atrocitas, atq; adeò isthæc crudelitas
Experta in me, in uos conualescat, & rep
Longius. Ego ceruices audacter meas
Præbebo, ac animo æquo tacebo: quam d
Tacente, uirtus pro me agit causam mea
DR. Quando Ioseph præstiteris, quod
Officium, liberaberis dubio procul.

SCENA V.

Pharao rex. Oenocho

INcessit ingens me timor, & subitus tre
Corpus ferit. necesse nunc ut cogitem,
Res est opinione maiorq; grauior.
Hæc somnium quid sibi uelit, quod proxu
Apparuit mihi secundum languidam
Quietem. nam non obrui nimio cibo,

Nec me potu heri largiore grauauerim.
Quam tunc solet fieri, ut moueatur maximè,
Vt concitetur animus uarijs somnijs
Nam nos contrà moderatissimo
Victu quieti tradidimus. neq; uiguit
Noster animus motibus indefessis, neq;
Subiectus altis cogitationibus,
Quæ mentes adeò sollicitant mortalium.
Horum nihil. nam solis mersum circiter,
Sedata iam ciborum mole in corpore,
Deposita rerum deniq; cura omnium,
Oblata species est præpinguium boum
Per somnium. quandoquidem conspecta sit
Visio solis ad exortum, iudico magis
Obseruandam, quod sol Phœbusq; (fabulis
Si credimus) uates futurorum exhibent
Se: sanguinei quoq; spiritus hoc tempore
Dominantes, claritatem conferunt suam
Cum somniali claritate: itaq; solet
Eorum fieri magna concordantia.
At nunc quem interpretationem somnij
Rogem: o si detur aliquis obuiam mihi
Apollo, qui explicaret hoc insomnij.
Omnes uocaui congregatim, qui mihi
Regi antecellere sophia doctissimi
Videbantur, consului, at non quicquam sua
Scientia explicare. Sed quis proximè
Astat: Peritos non uiros sapientia

Qui præstent, nostis magicis qui imbuti artib⁹
Nuper confusus portentosis somnijs,
Cunctis diuinis coniectoribus undiq;
Et quotquot tota in Aegypto sapientia
Præstant, consultis frustra, ut cui prorsus nil
Explicari quicquam possit, quare mihi
Iam longius perquirendum est. O E. ô Rex p⁹
Incarceratus quispiam fuit puer
Hebræus mecum, excellenti modestia,
Fuisse se diuenditum propter sui
Ingenij acumen, nec non excellentiam
A' fratribus, peregrinis, dixit mihi.
A' mercatoribus posthac deuectus est
In Aegyptum, hausit ibi puer breuissimo
Tempore magicas artes, atq; solertissimus
Insomniorum uates euasit. nihil
Ei iuris diuini, humanique; nihil est
Incognitum. atq; adeò hoc potui facillimè
Insomnij ex solutione consequi
Mei. Videbam fortè botris palmitem
Oneratum, per quietem, iam prægrandibus
Aptis uindemiæ: quibus promptissimè
Resectis, expressisq; in calicem regium,
Mustum tibi offerre bibituro protinus.
Anxius ei retuli. is mox me iubet bono
Esse animo, restitutionem pristinæ
Portendi dignitatis. quod clementia
Est concessum mihi tua. P H. Adducto est

quàm maximè potest, celerandum censeo.
bi, pedem refer cito. iam libera.
E. Maturabo domine meis pro uiribus.

SCENA VI.

Denochous. Dromo. Desmius.
Ioseph. Pharao.

HEus heus aperite, ecquis prodit mihi obuiam?
D R. Hoc qs pultauit ostium? O E. Men' hoc rogas?
Qui proximè astat. Ioseph producto est opus,
Ex mandato regis. D E. Factum optimè, feram
Illi ergo gaudium iuueni gratissimum.
Ego quidem te fortunatum fecero
Ioseph: Pharonis regis missus sum modo, ut
Adducerem in conspectum te Ioseph. Dij
Te seruatum mites uolunt. I O. Vtinam sient
Quæ noua narrasti, uera. num fides tuis
Verbis habenda? num'nam ludis obsecro?
D R. Egon' te? quem dignum summis honoribus
Existimaui semper. experibere
Regis breuissimè suauem clementiam.
Ecce tibi adest. tristem caue ne uiderit
Te, aut immaturos sermones profundere
Intelligat, uel uerbis inconstantibus
Insomnium explices. I O. Meminero horũ omnium.
Nunc ergo eamus. P H. Adesdum, paucis te peto.
Mi fili, de tua opportunè maxima
Sapientia suggestum' st. uidi somnia,

Nec est qui edisserat mihi. conijcere te,
Nec non discutere posse sapientissimè
Audiui. IO. Pharaoni Deus dicet sine
Me, quàm prosperrima: & ostendetur, qui
Futura sit regi Pharaoni per Deum
Meum, tuumq; rex adeò inuictissime.
PH. Me stare putabam supra ripam flumin
Deq; amne concedere boues septem nim
Pulchras, præstanti forma, & obesis carnib
Quæ pascebantur in locis paluſtribus.
Has consequebantur aliæ septem boues
Emergentes, de quo priores flumine,
Fœdæ, confectæq; macie, uix ossibus
Hærebant. atq; in tantum deformes, ut in
Terra Aegypti nunquam tales ego uiderim
Quæ deuoratis, consumptisq; prioribus,
Quorum fuit habitudo mira corporum,
Nullum tamen saturitatis uestigium
Dedere, sed simili macie, & squalore iam
Torpebant, nec fames repressa erat in eis.
Ego euigilans pressus sopore, denuò
Vidi aliud somnium. IO. Quieto animo au
PH. Septem spicæ plenæ, omnium pulcher
In uno culmo pullulabant, quas quoq;
Aliæ septem tenues, percussæ uredine
Sequebantur, quæ pulchritudinem nimis
Priorum deuorantes, tum uigilans mane
Pauore post quietem sæuo territus,

ad omnes misi coniectores ocyus
Aegypti totius, quibus iussu meo
Præsentibus narraui somnium, rogans
Eos ut explicarent, atq; edisserant.
Horum uero nullus uatum muentus est,
Qui posset somnij coniecturam assequi.
IO. Insomnium tuum (rex ô pijssime)
Tenum est, quæ facturus Pharaoni nunc Deus
Ostendit. PH. Hanc per imaginem quodammodo?
IO. Sic est. Sed percipe porrò sermones meos.
Septem boues egregiæ obesis carnibus,
Plenæ spicæ quæ eodem culmo pullulant,
Vbertatis septem anni sunt, & somnij
Eandem uim complectuntur. septem quoq;
Tenues boues, atq; macilentæ, post quæ eas
Ascenderant: pariter spicæ, quas uideras,
Repercussas uento atq; uredine nimium,
Significant annos septem uenturæ famis.
Et ecce complebuntur (Rex) hoc ordine.
Anni septem uenturi sunt uberrimi,
Et fertilitate maxima affluentia
Tempora, in omni Aegypti terra, regno tuo.
Quos anni alij septem sequentur post (famis
Pestis) tantæ sterilitatis, rerum omnium
Inopiæ, ut omnis abundantia rerum prior
Oblitioni detur. consumptura inops
Est undiq; omnem terram latius fames,
Et perdet ubertatis magnitudinem

Inopiæ magnitudo ita, ut non tam ferox
Charybdis, neq; Scylla infesta siet nauibus,
Quam uentura fames nauarchis terrestribus.
PH. Ioseph, quæ uerò sunt rationes duplicis
Insomnij, obuersati mihi, dic obsecro?
IO. Quod uideras (domine) secundò, per
Eandem ad rem, atq; firmitatis maximæ
Est indicium, eo quod Dei sermo grauis
Sit, & uelocius impleatur. Nunc uirum
Ergo eligat clementia tua industrium,
Et sapientem, quem præficiat regionibus
Regni tui Aegypti, qui præpositos cito
Constituat per regiones, atq; fructuum
Qui quintam partem per septem annos
Qui iam futuri sunt, congreget in horrea.
Et cuius operis nobis & laboribus
Frumenti uis cellis condatur maxima,
Compressa sub regis potestate unica,
In urbibus seruetur ad diram famem
Repellendum futuram, septem proximis,
Post fertiles, annis, ne conficiat fames
Aegyptios, populum tuum. PH. Ioseph pla
Consilium, atq; tua diuina sapientia.

Ad spectatores.

Num poterimus reperire tempestatibus
Nostris uirum excellentiorem isto uiro?
Qui spiritu plenus Dei sit? Cuius os
Diuina cogitet: loquatur? uel magis

ius, modestiusq; siet? ergo accommodus
Nemo magis mihi uidetur partibus
Præficiendus, uel dignior, regni mei.

ACTVS QVARTI,

SCENA I.

Pharao. Ioseph.

MVltis tibi nominibus defero mei
Imperij splendidissima gubernacula,
(Suauissimum nostræ ornamentum familiæ)
Vt dignitatem amplificari tuam uelim,
Ductus tua erga me sum beneuolentia,
Quæ non opinionibus tacitis, sed et
Certis quibusdam declarationibus,
Et perspicuis signis ostenditur mihi.
Vir es fide, atq; incredibili constantia.
Qui liberabis ingruente peste nos,
Ab immani terrore nos famis auidæ.
IO. Clementiæ tuæ cliens, per omnia
Tuus, seq; suosq; labores modo regiæ
Commendat. Sed scientiam pijssime
Rex, quam in me esse putas, non mihi ascisco lubēs.
PH. Quoniam Deus Ioseph tibi ostendit sua
Benignitate, quæ locutus es mihi,
Sapientiorem, aut similem esse tui haud arbitror.
Quare tu eris rector super domum meam,
Et sub tui oris imperio cunctus tremet
Populus, atq; ad nutum tuum conuertier

Cogatur.

Cogatur, audiens te studiosissimè,
Et obsequens erit uoluntati tuæ.
Cum igitur nil excellentius fuerit tua
Humanitate, quàm ipse si pro uiribus
Te ad omnes partes audiendi quàm optimè
Paraueris, si omnem tuam incitaueris
Mentem, curam, atq; excellentem cupiditatem
In rebus omnibus, tibi paraueris
(Crede mihi) æternam gloriamq; posteris.
Quapropter hoc primum rogo, ne contra
Aut demittas animum, ne tanquam fluctibus
Sic magnitudine obrui negotij
Mentem sinas, contrà sed ito audentior,
Et erigas. ultro occurras negotijs
Hortor. non etenim eiusmodi reipublicæ
Partem geres, in qua fortuna perfida,
Sed plurimum ratio atq; diligentia
Dominetur. in uirtute quam positam tuæ
Atq; moderatione animi tui uides.
Quid est negotij tenere eos, quibus
Præes, si te ipse contines? facilimum
Tibi, cuius natura talis est, ut hic
Etiam sine doctrina uideatur fulgida
Posse moderata dici. ea autem est adhibita
Doctrina, quæ uel possit uitiosissimam
Excolere naturam. tu tum pecuniæ,
Atq; uoluptati, tum omnium rerum (ut facilè
Facilius cupiditati diræ cesseris.

Quid autem reperiri potest celebrius,
Aut expetendum tibi magis, quàm istam tui
animi moderationem & temperantiam,
e tenebris non latêre, non esse abditam?
id in oculis clarissimæ prouinciæ,
luce totius mei regni sitam?
auribus famam tuam esse gentium
deò omnium: non itineribus homines tuis
terreri, nec sumptibus molestè eos
xhauries: ut urbibus tuis uirum
item & pium uideatur excepisse, non
Domus tyrannum, sed protectorem sui
existimet recepisse. nec est iam satis
Te præditum esse huiusmodi uirtutibus:
studiosius circumuagarier animum
Necesse fuerit, ut in ista prouinciæ
custodia, non tibi soli, sed omnibus
Tui ministris imperij, atq; ciuibus,
Atq; socijs. id quod debes, præstare iam
Videare. præstabis uero istis finibus,
Quos ex domesticis coniunctionibus,
Aut ex necessarijs uoles tecum esse, non
Horum modo facta, sed etiam dicta omnia
Præstanda nobis sunt. minus uero tuæ
Existimationi cupientes benè
Facillimum coherceas, à quis rudis
Cum esses, uidetur liberalitas tua
Potuisse decipi. nam ut quisq; est optimus

Vir,

Vir, itaq; difficillimè esse cæteros
Aut suspicatur improbos, aut perfidos.
Aures ad id quod audiunt, sient tuæ
Attentæ, ut æstimentur quàm gratissimè
Audire. non in quas lucelli gratia,
Aut exigui quæstus fictè insusurritur.
Sit annulus tuus non ut uas fictile,
Sed ipse tu tanquam, uirum præ se ferat
Excellentem atq; præstantem. nunquam
Minister alienæ uoluntatis, sed &
Testis tuæ sit cognitum prouinciæ
Deniq; toti, esse tibi omnium (præes quo
Famam. salutem, liberos, charissima.
Et omnium fortunas ex æquo tibi
Esse & commendatissimas & gratius
Nil posse contingere. si qui nunquam tibi
Suspicionem uenerit, nil est ei
Cur non committere, aut credere quicquam
Sed si quis est, in quo sies offensius, &
Iam senseris quiddam, huic crederis pr
Existimationis huic commiseris
Nullam tuæ partem amplius. si autem tu
Fortasse cognoueris amantiorem, cum
Numerum ad tuum libenter adscribito. g
Nullum adeò in familiaritatibus siet
Magis cauendum, quàm si uideas tempori
Amantiorem, quàm tui. quod nouerint
Omnes uias pecuniæ, & quod omnia

uniæ ipsi gratia faciunt, neq;
i cum uicturi non sint: cuius gratia est
ra apud eos, inter quos uiuere est opus,
stimationi laudatissimæ
is consulere curant. at si est quispiam
elium seruorum, is sit rebus tibi in
uatis præpositus, nec non domesticis.
ue res ad imperij tui officium aliquod,
t partem aliquam Reipublicæ pertinuerit,
e quid de his rebus seruus attingat tuus.
nemini fidas, nisi cum quo prius
sumpseris modium salis, suadeo tibi.
minis enim ingenium potest non perspici,
isi conuictu diuturno, & commercio
ongo. Ioseph, prudente nam sapientia
aud aliares utilior est mortalibus.
eq; est amicus absq; temporis mora.
ora temporis probum arguit tantum uirum:
improbum uel unico agnoscas die.
summa in iure dicendo seueritas,
uniuersis siet ex æquo æquabilis.
onstantia & grauitas adhibenda est gratiæ
ue sine mora resistat, atq; facilitas
diungenda est in audiendo, & lenitas
discernendo, & summa diligentia
omnibus. si fortè sies austerior,
e subditis seueritas acerbior
ideatur, multis condimentis lenies

Humanitatis. multæ enim urbes unius
Nutum hominis intuentur. Idcirco tuum
Fuerit, cuius natura cum moderata sit,
Tum etiam excellenti doctrina sit præditu
Atq; artium optimarum studijs, maximè
Cauere, in tam celebri potentia tua,
Ne alia potestas ulla ab ijs quos subditos
Habes, desideretur. atq; in oppidis
Prudentia abs te prouideri debet, ut
Non ferueant tumultibus, aut discordijs,
Aut turbidis urbes seditionibus.
Pacem toti prouinciæ lætus feres.
Aures tuæ omnium querelis pateant,
Nullius inopiam aut solitudinem tuo
Accessu excludas. Idcirco id consecteris,
Prouinciæ ut lætitia nostrum leuat
Desiderium. Quare quoniam in his urbib
Summa potestate, atq; cum celeberrimo
Verseris imperio, in quibus cernes tuas
Virtutes consecratas, laudatasq;, & ijs
Numero deorum collocatas omnibus
In rebus, quas statues, quas decernes, agit
Quid tantis hominum de te opinionibus
Quid debeas deniq; tantis honoribus,
Tui prouincialæs quîs te affecerint,
Excogites, erit necesse. id autem erit
Eiusmodi, ut consultum uolueris omnibus
Salutaribus à legibus, quarum autor, &

actores, non latius discedere.
urum esse cogitabis nunc omnium oculis
positum, qui uel ueluti sidus splendidum
s salutare moribus innocentibus,
usq; humanis posse salutem maximam
erre. princeps etenim eo quasi loco
ut si quid leuiter ab honesto flexerit,
otius ad subditos multos serpat grauis
æ lues. atq; hæc eò non dicta sunt,
mea te oratio excitasse sedulum,
d potius incitasse currentem bonas
uirtutes uideatur. Idcirco tibi
me auream hanc torquem, bene concordantium
irtutum consensum indicantem: tum quoq;
emmis coronam insignitam, quæ te quidem
monet, omnibus ut præcellas cæteris
roicis uirtutibus. Ecce sceptra, quæ
stitiæ, & undecunq; pectoris integri,
incorrupti symbolum. Ecce purpuram,
dicium eximij cuiusdam in rempublicam
moris. Hæc tua cum uita, conferas
estamina. 10. Ego rex ardenti studio quidem
onabor manibus, pedibus, noctesq; & dies
apitis periculum adibo, dum prosim tibi.
uum erit, si quid præter spem euenit, ignoscere.
oc fortè efficiam, quod sæpe uiatoribus,
am properent, euenit: ut quando surrexerint,
am uoluerint, fortasse serius quoq;

Properando citius perueniant, quo nam
Quàm si de multa nocte fuissent peragil
Sic ego, qui in te colendo indormiui dia
Profectò tarditatem cursu corrigam
Tum uelis, tumq; equis, tum quadrigis D
PHA. Occasionem oblatam manibus arr
IO. Fiet domine omni sine mora. nam oc
Neglecta omnia. subuertit, & multa nar

SCENA II.

Iacob. Ruben. Simeon.
Iudas. Dan. Nephthalim.
Aser. Isachar. Zabul.

Os habeo amarum, dentes plenos, lipp
Fauces fame, ita uacuitate adeò lactibus
Lassis uenio. Dura quoniam est mortalib
Miseris mors omnis. at perisse miserrim
Fame, nihil est miserius: nec uis ulla su
Crediderim, quæ uitæ afferat dispendium
Maius. Salutis detrimentum dira fert
Fames. affectum omnem excludit, uerecu
In primis. Quare ô filij, campum famis
Vbiq; cernitis, ingraescit in omnibus
Orbis finibus annona iam, unde explebo
Hiantes uentris latratus rapidissimi?
Inops genus mortis fames ignobile,
Impatiens omnium, bilem in nasum trahi
Magistra multorum improba existit fames.
Abeuntes descendite in Aegyptum iam co

mite nobis, quorum usus nunc indiget,
cessaria. ne consumamur inopia:
es eò demùm deueniat inopiæ,
limentis absumptis, nos radicibus,
rticibus teneris, strictis oporteat
rubis, uel planè suffocarier
ram familiam famis omnem fluctibus.
Quanquam à pueritia mea semper, tamen
mporibus hisce maximè, sicut decet
atum, parentis audiam dictis mei.
e tibi pater spondeo, nec animum, nec mihi
diam diligentiam unquam defore,
detrimenti ne quid fiat omnibus
bis dabitur opera. Cupio enim mehercule
llam residuam sollicitudinem esse. Ego
mia momenta obseruabo, ut præstem exitum
tibi quæ polliceor, nullum tui
cum iuuandi prætermittam mi pater.
sis modò quieto animo, ingredere domum,
urem' utramuis ociose ut dormias,
o. IA. Omnia uobiscum sumite, uiaticum,
cæteras quæ sunt necessaria uiæ.
uniam, qua soluere fruges uos decet.
Abimus omnia quibus opus est ad uiam
are, ne quid nobis desit in uia.

SCENA III.

Issachar. Simeon. Leui. Iudas
Nephthalim Gad Aser. Z
Ioseph. Dromo. Des

Lucessit, hoc iam cesso pultare ostium:
Quid ago? qd cõmoror? adeo, heus heus
10. Quisquis pultauerit ostium, huc se
Conferat ad me intrò, quidq; uelit brev
Indicet. ISA. Ego cum fratribus simul
Domine, haud sum dignus ingredi tes
10. Viri uenite, & causam mihi propo
Aduentus uestri. aures sunt attentæ mea
Ad id percipiendum, quod uos me po
IS. Ego tibi dicam. Regio quæ uber
Fuit hactenus, præ frugum inopia iam
Perit. 10. Quid audio? ISA. Rotat
Fatum. grauissimè fames premit Cha
Patrium solum: nobis nec est quo uiuere
Possimus, & perijt pars hominum ma
Nostris in urbibus. quæ res miserrima
Spectaculum tremendum adegit nos tu
Petere limina. quare rogamus nos tua
Humanitatem, tempore difficillimo
Subuenias nobis, suppeditatis frugibus
Annonæ charitate subleuaueris.
Et quoniam præclarè admonemur hos
Nobis non natos esse solum, sed quoq;
Ortus nostri partem sibi patria uendica

artem parentes, partem amici: atq; omnia
Quæ in terris gignuntur, ad usum hominũ nascier
Homines autem hominum causa generati sumus:
Te inter nos, ut alijs alij maximè
Prodesse possimus, & in hoc ducem sequi
Naturam debemus, quæ nos commoda docet
Communita in medium mutationibus
Officiorum afferre, accipiendo, rursus &
Dando, artibus, tum opere, tumq; facultatibus
Deuincire hominum inter homines fœdera decet.
Hominis Deus creauit agros gratia,
Celum nitescere, arbores frondescere,
Vites lætificas pampinis pubescere,
Ramos baccarum ubertate incuruescere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, herbis pratum uestirier.
Cum igitur Deus largitus est hæc omnia,
Auxilio humano generi, te obsecramus, ut
Iuues nos annona, quoniam abundas ea.
Honestum erit, seras nobis hac in re opem.
Vrbs seruat urbem, seruat itidem uir uirum.
Est liberale officium, serere beneficium,
Vt metere possies fructum. Si singulis
Beneficia, atq; priuatim dantur, solent
Ea esse ijs, à quis profecta sunt, magis
Iam fructuosa, quàm si non beneficium
Dedissent. 10. Exploratores estis soli
Aegyptij, tragulam adornas inijcere mi.

Putas' ne me in transennam doctis ducere
Posse dolis te? ac cuniculis me oppugnar
Censes' ne iners? S I. Ah ne sæui tantoper
Nostri misereat: nam serui sumus tui.
I O. Infirmiora ut uideatis terræ meæ,
Venistis huc. Nil agis, assequeris, & mihi
Moliris, quod mihi latère in tempore
Valeat. multorum seruant aures & oculi
Vos speculantur non sentientes, atq; uos
Custodiunt, sica illa extorquebitur inops
De manibus. quamuis uos peperit ad amu
Natura, exercuit uoluntas, iam diu
Fortuna seruauit, tamen quos comparas
Malleolos, & faces ad incendia mei
Regni, tibi de manibus torquebo facile.
L E. Non est ita domine, sed uenerunt huc
Serui ut parent cibos. uiri omnes unius
Pijssimi, integerrimiq; filij
Sumus. uenimus pacifici, neq; famuli
Hi machinantur quicquam facinoris mali
I O. Cur igitur uobis uertitur color nimis
Atq; subinde euariat, nec mens certa ma
Et illuc migrans, & uacillans cordibus,
Pedes in utrosq; considit? cor palpitat?
Nec non tremit ualdè subter præcordia?
Fata putantes instare, dentes iam quoq;
Occipiunt stridere. At innocenti neq; co
Variat, neq; ualde horresçit fata inst

ed mentem habes polypi uafri, qui protinus
axis quibus se admouerit, statim refert
olorem eorum: sic tu quemcunq; populum
ccesseris, genti huic te aptas scitissimè:
in morem Protei, in omnem dictis tuis
peciem te uertis, dum deorsum uolueris,
e sursum, homo furens audacia (scelus)
nhelans pestem. Res uos iam pridem, fides
Super deficere cœpit, improbissimi
Scelerum omniũ constructores. I S A. Nil fecimus
Serui tui unquam domine, quod contra tuam
Existimationem nos uellemus, &
Nunquam profectò tibi nocere uoluimus.
Sed domine ita habe certò statutum, nos tui
Memoriam & beneficium cum beneuolentia
Summa seruaturos, si nobis dederis id
Quod te poposcimus, frumenta scilicet.
I O. Vnde est fames uobis tantum, nisi impijs
Ex moribus uestris repit uobis malum hoc?
Ex hominũ enim improbitate, animi atq; corporis
Omnes morsus', egestas ac mendicitas
Consequitur. Et si mente uos Deum pia
Coleretis, hæc utiq; euenirent non mala.
Mentiendo multa falsa fingitis.
Quinetiam uestrum bis senos estis mihi
Mentiti, quorum numero duntaxat decem
Video. quid hæc enormia uos mendacia
Contexitis? I V. Nobis ah parcius uiris

Obijcienda ista memento. Minimus cum pa
Nostro est domi, domine, alius non est sup
Nihil esse debet in nobis inane, ,nil
Huiusmodi in nos conuenit probri mali.
IO. Quid uerò inuidiosa isthæc nunc atro
Et uerborum fulmina tuorum furcifer?
Iam nunc experimentũ uestri capiam. fid
Vestram probabo. uos non egrediemini
Hinc, donec ueniat frater minimus. mittite
Ex uobis unum, qui adductum curauerit.
Vos interim in tenebrosi uinculis carceris
Custodiemini. ISA. Hau hau, ita'ne iam de
IO. Donec probentur, quæ dixistis, uera s
An falsa. alioquin per salutem estis uiri
Pharonis exploratores. adeste mox
Satellites, heus quid moramini? moræ (uos
Quæ causa? DR. Adsumus here. IO. Hom
Mandate. & æternis custodite tenebris.
ISA. Hoi hoi quid fecimus? num'nam peri
Vtinam mihi esset aliquid hic, quò me dare
Præcipitem, unà cum fratribus miseris me
O rem totam odiosam: sed hæc fors uiderit,
Nam consilio nostro non multum uti licet.
O rem difficilem, & inexplicabilem: attam
Est explicanda, quod fiat breuissimè
Deos precor. IO. Diduc eos in carcerem.

SCENA IIII.

Ioseph. Simeon. Rub. Leui.
Iudas. Dan. Nephthalim. Gad.
Aser Isachar Zabulon.
Dromo. Desmius.

Versantur in animo multæ & graues meo
Iam cogitationes, quæ nullam mihi
Partem quietis neq; diurnæ impertiunt,
Neq; nocturnæ, qui quàm meam rectissimè
Istam gubernem functionem. Ecce uteris
Officio iudicis, captos habes tuos
Germanos. propterea quid iuris, est tibi
Videndum, habeas. sapientis est, absoluere
Hominẽ, quem odit, quem non odit, damnare eum:
Et semper non quid ipse uelit. sed quid bonæ
Leges uelint, & religio consideret,
Animaduertere: qua lege reus citetur, &
Quæ res in quæstione uersetur. Boni
Item fuerit, & iusti officium iudicis,
Cum iudicandi sumpserit tabulam, sibi
Non quodcunq; cupierit licere, aut se putet
Solum esse, sed legem in consilio habeat sibi,
Fidem, æquitatem, & religionem maximè:
Autem libidinem, odium, & arrogantiam,
Inuidiam, postremo etiam cupiditatis ab
Se omnem gustum remouere: conscientiam
Mentis suæ quàm maximi æstimare, quam
Ab immortalibus dijs acceperit.

Quæ

Quæ non poteſt unquam à nobis diuelli.
Quæ ſi optimorum conſiliorum teſtis eſt,
Et factorum in cuncta uita nobis, ſine
Vllo metu, & cum ſumma honeſtate, atq; c
Ampliſſimis honoribus uiuemus. En
Fratres meos aliquid obſcurè agere argui,
Simulationis aliud ſpecie, aliud quoq;
Spe oſtentare. Hæc omnia ſuſpicionibus
A me, & coniecturis duntaxat aliquibus
Coarguuntur. Hem deſideria mea
Vexarier nunc ſicq; latêre in lachrymis,
Et ſordibus fœdis? idq; fieri mea
Sæuitia permittam perire uos meos
Dilectos? Et ſi ob ueſtram inuidiam, quæ
Aduerſus me inflammati eratis, ſumpſerat
Cornua, tamen labat conſilium iam meum,
Quod hactenus fixum uidebatur ſatis.
Quos magnitudo periculi, & ſummus timor
Terret, uado deliberaturus citò
Miſerrimos de uinculis crepitantibus.
Quantum (uiri) eſt in me ſitum, uobis ferum
Opem & ſalutem: itaq; facillimè meæ
Et functioni, atq; uoluntati intelligo
Veſtræ ſatisfacturum, non putabitis
Me adhortamenta ueſtra, quæ cordi mihi
Et ſunt, & hærent in uiſceribus intimis,
Abieciſſe, uiri, ed eorum fui memor.
Itaq; petitio mihi iſta maximæ

Hic Ioſeph liberat fratres ſuos & ex carcere educit.

uræ ſuit, non de me adeò, cui ſatis
eci uel ætate, uel etiam factis, uel (hoc
ad rem quid attinet) præſtanti gloria.
ed me ſolicitat inopia. quare ſaculos
eſtros repleri iuſſi tritico. S I. Si tua
lementia fert opem, omnibus re bus fore
os in tua poteſtate affirmamus, &
ibi omnia officia, ſtudia, curas, tuam
Quæ ad gloriam ſpectare uidentur, profiteor.
O. Abite uos unanimes, & ferte triticum
æti domum ueſtram, & fratrem adducite mihi
Qui ueſtrûm eſt minimus, ut queam probate uos,
Veſtroſq; ſermones. tamen ueſtrûm unus hic
Lageur. S I. Ah ne ſæui tantopere, mei
Nec non meorum te miſereſcat, iam rogo.
O. Nequeo loqui porrò, lachrumarum tanta uis
Aboritur: attamen perficiendum eſt, cum eis
Quod cœpi. Heus exi nunc foras, conſtringito (dò.
Luc. D R. Here adſum. I O. In carcere cuſtodias mo-
I. Hoi hoi parce innocenti domine, neminem
Præter te habeo. te apello, reliquæ ſpem tibi
Vitæ committo. I O. Rape. Vos interim domum
Abite, & facite quæ iuſſi, celerrimè.

Ioſeph auertit ſe.

SCENA V.

Dan. Iudas. Iacob. Leui. Ruben.
Nephthalim. Gad. Aſer.
Iſachar. Zabulon.

Etſi ea ſit perturbatio rerum omnium,

Suæ

Suæ fortunæ ut quemlibet, regionibus
Præcipuè nostris, maximè propter famem,
Quæ suffocare cœpit nos, pœniteat:
Nemoq; sit, quin ubiuis, quàm ibi ubi est,
Malit: tamen dubium mihi non est, bono
Viro apud nos esse miserrimum sit. idem
Sensus, & eadem est acerbitas, penuria
Rerum suarum atq; publicarum. augent
Oculi dolorem, qui ea quæ cæteri audiunt,
Coguntur intueri, nec diuertere
A' cogitationum miserijs sinunt.
Et quanquam nos uiuamus in ingenti
Rerum, tamen miserius est nobis nihil,
Quàm petere ab alienis auxilium: quod
Præfectum Aegypti expertus sum. Exa
Vrbanitas planè uetus apud principem
Prouinciæ, summæ uidetur esse mi
Dementiæ & inhumanitatis. maxima
Est eius insolentia, insectatio
Nostri. Imperatoris nos insolentia
Illudimur: non ratio, non apud uirum
Mos, non officium, non existimatio,
Non apud eum ualet uerecundia, nihil
Deniq; quod uel multis solet esse commodo
O infœlix uideas pater gnatum tuum:
Quem non talem, qualem reliqueras, neq;
Quem noras, non eum quem flens dimisi
Flentem ex tuo complexu, ne uestigium

quidem, ne simulachrum, sed mortui
rantis effigiem quandam nunc cerneres:
filij fili, diceres cum lachrymis,
quò tua recessit forma? quò redactus es?
Crepuit fores, pater egreditur, linguam tuam
mpesce, ne nos tristiores sentiat.
Quid mussitatis filij inuicem? quid hæc
fili fili exclamatio? ubi empta est ceres?
. Hic est pater. IA. Simeõ ubi? IV. O pater iacet,
præfecti Aegypti horrida custodia
unculis asseruatus, manibus atq; pedibus,
eadem nos pœna mulctati carceris.
. Me miserum, uos ista uirtute, uos fide,
atq; probitate, humanitate, modestia,
antas in ærumnas propter me deniq;
abitò incidisse? Ah ordiar ego ab initio,
t ad extremum ducam, etiam nouissima
um primis conferam, quæ non postera dies
erbior priore? & quænam hora insequens
alamitosior? aut ego profectò sum miser,
gen.io egregiè ad omnem natus miseriam:
uet illud falsum est, quod passim uulgo audio
Dici, diem ægritudinem auferre hominibus.
Quoniam quotidie mihi quidem augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
best, magis tanto cupio, & desidero.
ed dicite porrò mihi retenti filij
ausam. LE. Locutus est pater durissimè

Nobis

Nobis prouinciæ heros nos putauit hic
Exploratores esse suæ prouinciæ.
Cui respondimus, pacifici nos sumus,
Nec ullas molimur domine insidias. tui
Serui duodecim fratres uno patre nos
Geniti sumus, non supereſt unus: cum pat
Minimus natu domi est nostræ in terra
Qui ait ad nos: Sic probabo, num bona
Sitis, fratrum uestrum unum dimittite me
In uinculis, & cererem in uestras sumie
Aedes. abite, & minimum, fratrem adu
Ac deinceps habeatis semper licentiam
Emendi apud me, quæ uoltis. Cum singul
Interea effunderemus frumenta celeres,
Inuenimus pecunias nostrûm omnium
In ore saccorum ligatas. quid sibi
Miraculum hoc uelit, nequeo perpendere
IA. Ah duras partes prædicas. non uirum
Habeo tantum, ut dolorem ingentẽ hum
Scio fuiße honestius tempus mihi
Moriendi, & utilius, sed non eo modo
Prætermisi. Ah non possum commorarier
Diutius in tam misera uita: & qui modò
Non liberis solum, atq; copijs fui
Beatus, uerum genere ipso pecuniæ,
Authoritate & dignitate cæteris
Præcellui, atq; existimatione ego,
Et gratia non inferior, quàm amplissimi

ui unquam fuerunt. Est quoq; id miserrimum,
maximum in meis malis, atq; numero
gno mearum miseriarum, liberis
s decrepita sub senectute (ah malum
ens) spoliarier. Ioseph non est super,
eon tenetur uinculis: & filium
tu minorem Beniamin diducere,
ex complexu amabili diuellere
itis patris, secundum iussa principis.
id est prætermissum nunc atrocissimi
li? uagabimur ne egentes liberis
ostris, & cum coniugibus? hoc quid est mihi
serrimo miserius? suffocarier
os, & mancipia, nostraq; pecora omnia
horridam famem? ecce denuò premit
nnem terram fames atrox, rursum ibitis
ati in Aegyptum, & emite nobis paululum
arum. IV. Vir pronunciauit omnibus
obis, sub attestatione q; dixerat
estiurandi: Non uidebitis meam
ciem, nisi fratrem minorem ad me citi
duxeritis uobiscum. Si igitur eum
s mittere nobiscum, pergemus pariter, &
emus tibi necessaria: si autem minus,
on ibimus pater. uir etenim (ut diximus)
ronunciauit uobis dicens, Non meam
idebitis faciem, nisi adduxeritis
atrem minimũ. IA. Hoc in miseriam (pueri) meã

Feciſtis,ut indicaretis ei,habere uos
Fratrem. LE. Ipſe interrogauit nos per o
Noſtram progeniem,num nam ſupreſſet
Num nobis eſſent plures fratres. Singuli
Igitur reſpondimus,iuxta id quod nos er
Scitatus conſequenter.et neſciuimus,
Quod eſſet dicturus,Fratrem adducite
Veſtrum. IV. Rogamus te pater,mitte
Nobiſcum,ut abeamus fruges emptum
Nobis,ne pereamus nos,atq; paruuli
Noſtri fame. Ego ſuſcipio puerum: de
Mea require eum. & niſi reduxero,
Et reddidero tibi,peccati ero reus
In tempore omni. Si nobis dilatio
Non intereſſiſſet,iam ueniſſemus,&
Vice altera adportaſſemus fruges pater.
IA. Quoniam quidem iſta conditio
Acerbitates & dolores ut feram,
Et omnes (filij mei chariſſima
Pignora quidem) cruciatus animi adeò
Libenter perferam,dummodo doloribus
Vobis meis,amicitia atq; gratia,
Nec non ſalus pariatur. Hactenus tuli,
Et multa uos propter conceſſi,quo ſalus
Veſtra eſſet maior. Et magno dolore me
Hic filius afficeret,niſi ipſa ratio,quæ
Pepuliſſet omnes mihi ferè moleſtias,
Et rerum deſperatione mens mea

ſaturiſſet ad dolorem iam nouum.
ſt neceſſe ſic eſt,quod uoltis,mora
me non ſtat,facite optimis de frugibus
Præ ſumite,reſinæ,& parumper mellis,et
gales,ſtoracis,& terebinthi,& amygdalæ.
uniamq; duplicem,illam quæ data
in ſaccos ueſtros,uiro retribuite,
aliam,qua denuò ematis fruges:ſimul
atrem hinc minorem tollite,accedite uirum
ti Aegypto præfectum. Omnipotens iam Deus,
cuius conſpectu ambulauerunt patres
i,Deus qui pauit me largiſſimè
adoleſcentia uſq; in præſentem diem,
angelus qui me eruit cunctis malis,
benedicat iſtis pueris,& nomen meum
per eos inuocetur. omnipotens Deus
ciat uirum uobis placabilem,meum
latum tenet qui uinculis,remittat huc
biſcum unà cum Beniamin gratiſſimo
more mihi. Valete cuncti filij.
Et tu chariſſime genitor,longùm uale.

ACTVS QVINTI,

SCENA I.

ſer. Nephthalim. Gad. Ioſeph.
Dætrus. Iſachar. Oeconomus.
Ruben. Iudas. Símeon. Za
bulon. Dan. Leui.

AS. Nobis secundò si herus cererem uc
Fratres quæ fortuna, aut quæ tanta temp
Iniuria, aut quis horridus casus uiri,
Huius queat delere gratam memoriam?
NE. Immò uetustas quæ, ipsius tanti ergo
Officij, quæ obliuio delebit memoriam:
Tranquillitatem omnem, & quietem, re
Eius clementiæ acceptam. GA. Quis est il
Aut ora quæ, in qua non tum fortitudinis,
Tum uero humanitatis huius non patem
Impressa uestigia? IO. Meis laboribus,
Viri, & beneficijs meis hanc gratiam
Sum consecutus. non cesso benefacere.
GA. Ecce lupus est in fabula. IO. Rursus
Adestis, conspectus mihi est gratissimus
Dætre heus heus iam tibi dico, introdu
In regiam orchestram domum, atq; occi
Mox uictimam saginatam probissimè.
Et instruas conuiuium, quoniam uiri
Isti comesturi mecum sunt ædibus
In nostris. quare lautè compara omnia,
Vt nos epulemur, & lætemur hoc die.
DAE. Ad nutum consequar tuum per om
Sub hac, uiri, umbra gelida conquiescite.
IS. Propter pecuniam, quam retulimus
Nostris domum saccis, nos introducimu
Dubio procul, deuoluat ut calumniam
In nos, & uiolenti sua potentia

s seruituti subiciat. Domine audias
s, te rogamus uniuersi supplices.
Dicite uiri sorti animo, sunt aures meæ
entæ. RV. Nos descendimus iussu patris
stri, ut emeremus escas. emptis iam quibus,
m uenissemus rectà ad diuersorium,
solutis saccis, inuenimus in oribus
rum nos pecuniam: quam pondere
m nunc eodem referimus. sed & aliud
cepimus nobiscum argentum, ut quæ sient
obis necessaria, paremus. territis
obis, minimè constat per conscientiam
stram, quis nam posuerit in marsupijs,
E. Nolite timere: Deus uester fortissimus,
patris uestri, uobis thesauros dedit.
ecuniam, quam mihi dedistis, habeo ego
robatam. Quocirca omnibus molestijs
euate animos, erroris est causa optimè
ublata. Et quoniam omnes languetis è uia,
Quiescite hic sub umbra frigidissima.
edibus lauandis limpidam apportabo aquam,
imulq; curo fratrem liberarier
estrum. IO. Quid hæc sarcina grauis, quid est rei? Ruben sarcina onustus.
V. En munera, quæ pater tibi mittit, cliens
uus: rogatq; ut placidè accipias, & boni
equiq; consulas munus leuiculum:
t officium, quod offertur tibi, probes.
O. Donis uel ipsum dictitant flecti Deum.

Certe inter homines, mille dictis luteum
Præpollet aurum prorsus, ac præponder
Quin mihi uoluntas uestra sit gratissima
Et ceu diuinæ uirgulæ sint munera,
Oblatio. facitis enim alienum nihil
Necessitudine, & gratissima est mihi
Memoria tua comunctionis patriæ.
Quin eius augendæ uoluntas optimè
His donis perplacet mihi placidissimis.
Quæso, pater uester senex ualetudine
Fuit secunda hactenus, & integra usus
IV. Beneficio ualuit Dei bellissimè.
IO. Faxint superi, ut isthuc semper sit
Est hoc mihi auditu nam iucundissimum.
Magnam mihi uoluptatem denuncias.
Est hic frater, quem adducere iussi, parv
ISA. Est, domine, promissis satis ne fec
IO. Recte inquam, perscitus natus seni
Quæso deos, ut sit superstes. qui quidem
Fert indolem præ se generosissimam.
Ingredimini mecum uiri, conuiuium
Quidem est paratum, læti conuiuabimur
ISA. Nos cuestigio consequimur singu

SCENA II.

Ioseph. Oeconomus.

A Desdum, paucis te uolo. OEC. Dic
Nempe ut curetur isthæc. IO. Imò aliud.
Quod tibi mea ars efficere possit amp

IO. Nihil isthac opus est arte ad rē, quā ego paro,
ed his, quas semper in te intellexi sitas,
de, taciturnitate. OE. Expecto quid uelis.
O. Saccos uirorum imple frumentis optimis,
tantum, quantum possunt capere, & ponito
ecuniam inscientibus adeò singulis
n summitate sacci. calicem autem meum
argenteum, atq; precium quod minor dedit
Pro cerere, pone in oribus sacci ipsius.
Et postquam fulget roseis aurora aurea
Capillis, ac rore madet matutino humus,
Pariter eos dimitte ex nostra regia.
OEC. Fiet. sed quid mihi mādas amplius? IO. Nihil.

SCENA III.

Ioseph. Oeconomus. Gad. Iudas. Ruben. Simeon. Leui. Dan. Nephtalim. Aser. Isachar. Zabulon. Beniamin.

ME cum uetustas antiquæ uirtutis, &
Tum dignitas hominum, tum uera ratio me
Humanitatis hortaretur, ut labor
Meus, sollicitudo, officia præsto omnibus
Viris sient istis, deceptus sum malè.
Heus tu uoca egressos uiros, ac dicito
Apprehensis, Quare reddidistis pro bono
Domini malum uestri? OEC. Nutu faciam tuo.
Heus heus uiri sistite gradum. calix mei
Domini sublatus est à uobis clanculo.

Versus patriarum Chanā unanimiter tēdunt cum frumento.

Est ipsus, in quo dominus augurarier
Solet: malè egistis uiri. GA. Cur dominus
Loquitur noster, serui ut tui commiserint
Tantum sceleris? pecuniam, quam inuenim
In summitate fundarum, retulimus huc
Ad te, de terra Chanaan. & quo consequ
Modo est, ut aurum aut argentum nos de
Domini simus nostri furati? conuenit
Nullo modo: sed apud quemcunq; id poc
Inuentum fuerit, morte multetur, erimus
Nos cæteri seruitio perpetuo tui
Deuincti. OEC. Fiat hoc iuxta sententiam
A' uobis ipsis dictam: apud quem poculum
Fuerit repertum, ipsus fiet seruus meus,
Vos autem cæteri sitis iam innoxij.
Deponite in terram fundas æqualiter
Huc singuli, scrutabor etenim exordiens
A' maiore usq; ad minimum. Non ne uera
Iam prædicaui? Sed tamen putaueram,
Vestri inueniri non minimi fraterculi
Folle. IV. Hau, quid respondebimus dom
Vel quid loquemur, aut iustè prætexere
Poterimus? Hau hau, quid restat nobis m
Quod non contigerit nobis innocentibus

Hic Oeconomus saccis solutis inuenit calicē in funda minoris.

Hic ducit eos ad Ioseph.

OEC. Quàm uana est, et uaga iuuētus, &
Vt iusseras, adsunt uiri, discrimine
Tuo aut plectēdi, aut seruādi. IO. Hē quid
GA. Ah parcito seruis supplicibus hīs tuis.

iquitatem seruorum inuenit Deus.
singuli domini nostri serui sumus.
. Satis uiri, satis spectata est iam mea
ga uos beneficentiæ largitio.
tis periculi, superq; adire nunc
cepi, orandi uos finem facite. nam ei
aciam offerendi finem, quoq; paui canes
atulosq; luporum, qui me semper lanient.
n ulla fera tam ingrata sit, quæ cum hominibus
it conferenda ingratitudine? (proh deûm
tq; fidem hominū) quàm beneficiorū fragilis est
t fluxa memoria? quàm tenax iniuriæ?
Cur superiorum non habetur ratioq;
fficiorū à uobis? ingratitudinis
Quare subitis crimen? GA. Inscientibus
Domine nobis, nescimus quis nam imposuerit
Scyphum. Vnam hanc noxam mittito nobis leuem.
IO. Videte quàm sitis iniqui, neq; modum
Benignitatis, neq; quid me, perpenditis,
Oretis. Nam si cogitetis sedulò,
Remittatis me onerare istis iniurijs.
IV. Domine quib.? IO. At rogitas? Pēsasti iniuria
Beneficium. Ego posthac non ulli ero placidus,
Neq; benignus, nec mitis: sed fuero ferus.
Simulatq; enim misertum, interijt gratia.
Serui. IO. Absit à me, ut sic agam. sed poculum
Qui surripuerit, ipsus sit seruus meus.

Vos autem abite liberi ad uestrum patrem,
IV. Oro domine, audi me, loquatur ut tuus
Cliens in auribus tuis, & ne tuo
Irascaris famulo. rogasti nos prius,
Seruos tuos, habetis ne fratrem, aut patrem
Respondimus tibi nostro domino: Senex
Est nobis pater, & paruulus domi puer,
Cuius uterinus diem obijt frater suum.
Ast cum dixisses, Ducite ad me, nam meos
Oculos super iuuenem ponam. dixi insuper
Si abduxero patri dilectum filium,
Is præ dolore morietur. Tum dixeras
Seruis tuis, Abite, nisi ueniat minor
Frater uester, uidebitis nunquam meam
Faciem. Cum ergo ascendissemus seruum
Nostrum patrem, narrauimus nos omnia
Ei, locutus est quæ herus nobis meus.
Ad quæ ille respondit. Vos scitis, quod duo
Vxor mihi genuerit filios mea.
Egressus est quorum alter ad meos greges
Et dixistis, bestia eum deuorauit, ac
Hucusq; non apparet. & si tuleritis
Istum, deducetis canos ad inferos
Meos. At cum spoponderim pro filio,
Dicendo, nisi reduxero, peccati ero
Reus. tandem cum cæpißem in fidem meam
Magno cum gemitu, & plurimis cum lachrimis
Dimisit nobiscum. Manebo itaq; tuus

ruus ego pro puero, in ministerio mei
omini, ut puer cum fratribus suis simul
tò reuertatur domum. non possum enim
bsq; puero ad patrem reuerti, ne siem
alamitatis ego testis, quæ premet patrem:
c ne parentis cogar augere & metu
t ingenti luctu dolorem diutius.
o. Ingredimini mecum uiri, desidero
Porrò loqui de rebus his. Animo sitis
Forti, ne corda perturbentur hic metu.

Alligent equos clauis parieti affixis.

SCENA IIII.

Iacob.

Viso, queam num filios nunc uspiam
Reduces uidere. en isthic non sunt, quàm mei
Me (filij) expectatio uestri tenet
Mirabilis? quantoq; uos cupio magis,
Tanto minus uidere uos conceditur.
Ego quid sperem, non dispicio: plurimum
Crescit fames. linquunt amici, deserunt
Partimq; familiam meam. Istis rebus est
Non ulla spes, sed est dolor maior. etenim
Video uoluntatem omnium solutam, & est
Virtus ligata. Reliquum est, ut me angant, suis
Quod absunt infœlices à pulcherrimis
Gnatis, quibus nil potest festiuius
Esse, ac summa pietate uos desiderant,
Et diligunt, absentes nihil minus colunt.
Quam in spem uocor? nobis prospicio ocyssimè

In

In hac uita esse tabescendum. Non enim
Vlla hic si spes nostræ salutis iam foret,
Pro singulari in me senem perqualidum
Amore, absentes essent grati tam diu.
Itaq; nec præsidium, parandi gratia
Cuius retentus est apud me filius
Natu minor, cum & hic abreptus sit mei
Ex complexu, nec ullum præsidij locum
Video. sed quid? Commemorando augeo
Ingrediar ædes, expectabo filios.

SCENA V.

Ioseph. Ruben. Simeon. Iudas. Dan. Nephtalim. Aser. Isachar. Zabulo. Beniamin.

Absq; equis egrediuntur.

Quod ego (uiri) summa officia, beneficia
Et quæcunq; in me sunt bona, aut beneficio
Diuino mihi tributa, aut parta laboribus
Meis, in uos hucusq; fratres contuli,
Miraculum debet uideri nemini,
Id feci adductus nimia charitate, qua
Incredibiliter erga uos motus. quis est
Enim nostrûm, qui bene, qui liberaliter
Sit educatus, cui non quàm charissimi
Educatores? cuiq; non cordi sient
Probi magistri, & doctores? cui non locus
Ipsus mutus, ubi alitus & eruditus est
Quilibet, in mente uersentur cum gratiq;

recordatione? Sic fratres ego,
re estis etenim germani fratres mei,
o nam sum Ioseph: quotiescunq; mentio
nis parentis facta à uobis est mei,
on potui nunquam benefacere. pro eo meam
uitam profundam, nullam partem tamen
tuus meritorum uideor assequutus: ac,
ed lachrymæ impediunt ora rigantes loqui,
pargunt enim lachrymæ mihi corpus piæ.
ater meus uiuit? propius accedite,
ego sum Ioseph, quem uendidistis, nescij
Quid nam Deus per me foret acturus. neq;
Pauete: nec dura esse uideatur salus
Vestra, quod his uendidistis me regionibus.
Leuate sursum fratres uestra corpora,
Salute pro uestra Deus præmisit in
Aegyptum me. biennium est enim, fames
Quod cœperit. Restant adhuc quoq; residui
Quinq;, in quibus non poterit arari, nec meti.
Igitur Deus præmisit me, ut seruemini,
Terra super diuite habere queatis cibos
Ad uiuendum, non uestro consilio, Dei
Vero uoluntate huc missus, qui me patrem
Quasi Pharaonis fecit, atq; eius domus
Dominum uniuersæ, & principem in regionibus
His, quas uidetis, atq; Aegypti singulis
Partibus. Idcirco festinate, ascendite
Patrem ad meum. dicetis, Hæc mandat tuus

Hic fratres Ioseph tremunt, ac nomine fratris audito, stupēt ac in terram prostrati lachrymis uultus rigant.

Gnatus

Gnatus Ioseph: Fecit Deus me totius
Aegypti dominum, descende ad me celeri
Ne remoreris, & habita in terra Iessen.
Iuxta me tu, tuiq; chari filij,
Et filiorum filij, cuæq; oues,
Atq; armenta tua, & uniuersa quæ tenes.
Ibi te pascam: adhuc quinq; anni sunt
Residui, ne & tu pereas, atq; omnis domus
Tua, & omnia quæ in possessionibus tuis
Habes. en oculi uestri, ac Beniamin mei
Fratris oculi uident, quod os ad uos meum
Loquatur. Nunciate patri gloriam
Meam uniuersam, & cuncta quæ uidistis
Aegypto. festinate, adducite ocyus
Ad me. Iam singulos amplectar suauiter
Iynge trahor, medullitus uos diligo.
Adeste deliciæ meæ (ô fratres) meum
Suauium, desiderate iam diu.

A minori incipit Ioseph amplecti fratres.

RV. Addicti Domino pueri laudate Dominum
Laudibus æternis nomina maximi Dei,
Laus Domini primo phœbi floreat inchoata
Surgentis ab ortu, usq; super occiduas plagas
O fœlicem, quem diuinus tangit timor,
Qui scrutans præcepta Dei, & se oblectans
Præclara posteritas nascetur à uiro
Illo, huius erit semen in omni terra potens.
Huic rerum cunctarum copia nunquam deerit
Et qui est bonus, facile ingenua pietate se

Accom-

ommodat, tribuens uicino largiter
ua perfa suo. dispergit pauperibus, &
gas opes tribuit egenis. O pie
er, si quædam offensiuncula facta sit
uersitate nostra, animo tuo mihi
ecto cum cæteris, & te uelim
enitatem des, sceleris remittere
am. Id enim est quod uocatur hic ignoscere.
eat semel peccasse impunè, sit satis
canti medicinæ ueri confessio.
. Deus quidem precantibus se ueniam
cati dimittit. Quid ego seruem meis
ecata germanis? ignota singulis
ata sint uobis. Ite ad parandum iter.
o, necesse quæ fuerint, nunc porrigam.
quid uobis desit, cum iam eritis in uia.

SCENA VI.

Oenochous. Pharao. Ioseph.

In hac scena Oenochous primo, postea rex egreditur, Ioseph uero euocatur.

li boni, boni quid apporto? PH. Quid est
od sic gestiat? OE. At ubi inueniam regem meum,
expleam nunc maximo eius gaudio
umu? Atq; eccũ, opportunè adest: teipsum uolo.
. Quid nuncias? OE. Fratres Ioseph prudentia
cellentes uiri uenere ex patria
anã. PH. Quid ais? OE. Sũmæ probitatis afferũt
em maximam, etiamnum antiquæ uirtutis, &

Claræ

Claræ modestiæ, summæq; industriæ:
Quare dabis operam, ut tam præstantes
Quorum iucundissima uita est, seueraq;
Verum seueritas summa coniugitur
Cum humanitate, & tum firmis uirtutib
Tum etiam fortuna (si hoc quid ad rem
Honoribus afficias, quorum mores pij
Apparent, uerè, si uideas, deos putes.
PH. Heus nunc accerse ad me foras Iosep
Vt mandem ei, quid ego uelim de fratrib
OE. Fiat, Ioseph heus ex iussu regis uoco
IO. Quis me? sed eccum regem. quid uel
Scire cupio, accedo. PH. Ex sermone ho
Fratres recenti, copiam sui tibi
Videndi fecisse audij. IO. Sic est pie
Rex. PH. Impera tuis fratribus, ut Ch
Repetant, dicens, Tollite iussu regis pa
Vestrum, & totam cognationem, pergite
Ad me, dabo uobis omnia terræ bona
Aegypti, ut comedatis medullam nostræ
Præcipe etiam, ut tollant ex Aegypto m
Subuectionem paruulorum & coniug
Plaustra. Atq; dicito, dimittatis nihil
De uestra supellectili. Nam omnes opes
Aegypti erunt uestræ. IO. Domine uerbis
Agam tibi excellenti gratias uiro,
Non reperio. Sed præsenti obseruantia,
Et assiduitate memorem officij uolo

tibi probari in posterũ. PHA. Quod iussi, age.
Fiat. Vos dilectissimi fratres adhuc
amini, exeatis pariter singuli
me foras. En tibi dilectissime mihi,
nia, pecuniam, & tantundem uestium
tam meo patri, atq; uobis singulis
s dabo munera quàm preciosissima.
s hinc concedimus, uos me omnes sequimini.

SCENA VII.

acob. Simeon. Ruben. Leui.
das. Dan. Nephthalim. Gad.
Aser. Isachar. Zabulon.
Beniamin.

icut solent, suum qui amiculum diu
sentem gestiunt redire, singulas
rlustrare uias, per quas hospitem putant
se excepturos: sicq; agendum censui
hi. Sed quanto diutius, tanto minus
parent filij. Proh dolor, quàm durus &
ser certè status parentum est omnium.
go quia filij non redierunt mei,
uæ cogito? rebus quibus nunc solicitor?
d hic (nisi me animus fallit) nunc de quibus
gebam, eos ipsos uidi, profectò sunt.
onspectus omnium uestrûm est multo mihi
O filij) iocundissimus. estis ne ij,
ui per fidem iurarunt se breuissimè
euersuros? quæ causa desidis moræ?

Post orationẽ patris sui Iacob, cum equis egressi patrem cõueniunt.

SIM. Tibi ſalutem det Deus ter maximè
Tantum tibi feremus gaudij pater,
Vt anteuortat omnibus facillimè
Mœroribus cordis tui. IA. Quid gaudij?
SIM. Deum ſupremum teſtor, ſaluum fi
Et incolumem tuum eſſe Ioſeph. IA. C
Profectò tenere non queo præ gaudio.
Viuit'ne filius meus, quem beſtijs
Putaui deuoratum? SI. Sic.(pater optim
Aegyptij maiores unquam nemini
Habuere honores, quàm fratri. inq; amp
Ipſum ordinem coaptarunt, ac ipſi ea
Vltrò petenti nunquam, quæ petentibus
Multis negarunt, ea tuo obtulere cum
Summis honoribus & amore, filio.
IA. Quid audio? SI. Quis clarioribus
Iucundior? quis'ue meliorum partium?
IA. Quàm lætus iſta percipio. RV. In am
Gradu locatus eſt. Et hoc robore animi,
Et indole hac, uirtute, ac continentia q
Vt reſpuat cunctas uoluptates, ita
Curſum ut ſuæ uitæ in laude, ac conſta
Et dignitate conficiat. Sed qui locus,
Aut quæ facultas redditur deniq; patr
Honores atq; maieſtatem filij,
Qui ei exhibentur, enarrandi? Religi
Pietas in ipſo abundat. IA. Impetus am
Atq; ardor mentis eius in puericia

uſtitiam ſignificauerunt: ſicuti
rbis ſit, quæ uirtutis maturitas,
uantæ fruges ſint futuræ induſtriæ.
Adduximus nobiſcum ex iuſſu regis, &
or, equos, camelos, & plauſtra, omnia,
ſicum, neceſſe fuerit hic quibus.
enia quæ gnatus lætus mittit tibi.
Item, munera offers quàm mihi gratiſſima.
ter ſuſcipiendum quoq; eſt nobis pater.
Quo'nam dilecti filij? RV. Ad Ioſeph tuum
ſuum. Rex etenim ad habitandum terram dedit
bis fluentem melle & lacte, deniq;
ſuum omnium quas fert, abundantiſſimam.
are celerrimè maturandum puto,
riles relinquentes agros, qui poſtulant
ſiderantiq; cultores, quales modo
eſt are nos non poſſumus. Nitidiſſimos
mpos potius, & agros fructu uberrimos
ſi deamus, qui largius uictum exhibent.
. Reuixit ſpiritus meus, ſi uera ſunt,
æ dixiſti modò. RV. Ex diuino oraculo
accepiſſe putato. IA. Satis fili mihi,
adhuc meus uiuit gnatus Ioſeph. Eam,
um uidebo, priuſquam moriar. Interim
um redeant ueſtri ex campis filij, omnia
rabimus. Plauſtris imponemus bona
ſtra, & res omnes cæteras, ne quid moræ
bis ſit, omnibus reuerſis filijs

E` pascuis, gregibus abactis q; pecorum
Ingredior, sequimini. Videre filium
Quàm primum ex animo gestio. R. v. Sa-
ter.

EPILOGVS.

Exhibita uobis, spectatores candidi,
(Nigros enim haud moramur) est mo-
Expers ueri, sed historia, nobis canens
Canam fidem, antiquam uirtutem, &
Pudorem castitatis, claram quæ para-
Authoritatem. Quæ non spectatoribus
Vt risum moueat, acta sit proteruius.
Sed hic uides exemplar integerrimi
Adolescentis, quem cum fallax occasio,
Et quotidiana tentatio circumdarent,
Inquit, Mihi omnia tradidit dominus m
Præter te, quæ uxor eius es: contra De
Vt faciam, procul absit. Vides hic, qua
Pro uerbo concepto seruarit integram
Hic castitatem? Non te sæua terrean
Pericla, quod Ioseph primò diuenditus,
Posthac coniectus fiet in cæcum carcer
Propter temerariam adulteram. Nos ha
In difficultatibus oportet inscios
Esse Dei consilij, ut uitæ nostræ breuis
Ductus fide in sola sit constitutus. Et
Quando omnia aduersa adparent, tum
Quæcunq; sunt uicina. Quis nam iam fi

potuit, qui crederet ei Aegyptios
ua paratos flectere, qui ceu sordidus
ulter, in tetrum coniicitur carcerem?
contrà, qui uoluptatem sectantur, ex
erato in mortem subitò auaram incidunt.
stans fides hæc cernit, & complectitur,
æ nunquam confundit: sed potius erigit
rmos, consolatur peccati reos.
are orat hic grex noster ut re mystica,
o corrigendis moribus fruamini:
stigiaq; Ioseph sectemini probè.
m nobis, hic quicquam si commodauimus,
tuisq; noster placuerit, plausum date.

IOSEPHI FINIS.

ORNATISSIMO,

bilique uiro & Domino, Georgio Fuggero, Kirchberg, & Vueissenhorn, &c. Domino uandissimo, Hieronymus Zieglerus Rotenburgensis S. D.

Gaudent carminibus Theseadum
Et cantare melos instituit prius
Orpheus, Eurydicen quàm repetit
Rebus quo melius consulerem meis,
Georgi te pariter Musa petit mea,
In quo dona boni cernimus omnia.
Virtus commeruit sic, pietas tua,
Solers ingenium, carminibus potens,
Fœlix ut superes secula Nestoris,
Votis, ominibusque & precibus rogo.
Gratus nobilibus, diuitibus simul,
Gratus pauperibus, spes pia Musis,
E' quarum gremio doctior aduenis.
Res est magna quidem, ravaque secula
Vno tot bona sub corpore claudier.
Sic uisum superis: quemque uetant
Dignum laude uirum carmina, nec
Ornabunt mea, uis non mihi talium
Mentis respicies munera, non rei.
In te tanta etiam spes manet omnium
Nostrûm. quicquid erit, consulis optime
Vani nil dedimus. prosequimur Dei

rumni facta, uetus Biblia quæ docet.
lic numen adest, teste quid est opus?
ullis polluitur lectio uepribus,
ſdus, atheus, & nil ualet, impius,
quo facta Dei fortia scribimus,
egis qui tumidas contuderit minas,
onstantique manu per mare duxerit
orrendum populos, quò uoluit Deus.
ellum qui domuit nutibus hostium,
ius queritur hic gloria maximè:
ecte qui superos, & regit inferos.
ratus ludus erit sacra petentibus
x desiderio, mentibus intimis.
e postquàm uideant quòd moueat modò
erborum pietas, historiæ fides,
uentis pariter laus, honor, & decus,
t rerum grauitas perpetuò manens.
lic nulla noto, nulla fauonio,
urgent inuidiæ tempora, nec loca,
ed mens æqua, nec unquam reuocabilis,
x patrocinio non tacito tuo.
unc Georgi foueas, quæ dedimus tibi.
oc uinces animo: quicquid habent Deæ,
rnabunt capitis tempora floribus,
egum muneribus excipient quidem:
am parcent animæ fata superstiti.

IN NO-

IN NOMOTHESIA M.
Leonardi Gebhart Burgrauij Augustani Hexastichon.

Hoc ita sunt magnæ, paruo sub carmine, l
Maiores nunquam legeris orbe ingo.
Omnia sunt præcepta Dei uerissima nostr
Quæ seruanda suo iusserit ore pijs.
Decretum est etenim, semel omnia disser
Huc ades, huc propera, perlege, nosce

PERSONAE DRAMATIS

Deus	Raphael, & Gabriel, angeli	Moyses
Aaron		Iosue
Hur	Caleph	Iudas
Simon	Maria	Iudith
Ietro	Sephora	Dem
Populus Israel	Phylax explorator	Amal

NOMOTHESIA.
DRAMA TRAGICO-
comicũ, argumento ex secundo libro Moisi sumpto, authore Hieronymo Zieglero Rotenburgensi.

PROLOGVS.

Magna est Dei nostri, ac inæstimabilis
Benignitas, & misericordiæ suæ
Quis numerus est? cui sedes cœli machina,
Pedum scabellum terra quicquid continet.
Ea Exodus dabit sub omni copia.
Quot signa fecit antè per Moisi manus,
Quam frangeretur regis impetus mali?
Vt se Deum Israel potentem ostenderet.
Quid est maris transgressu uel præclarius?
Cum fata aquarum concitabat unico
Nutu, rogantia ultro quò secederent.
Quid fonte de radicibus ducto petræ,
Mirabilius? aut pane cœli sanctius?
Quo pauit Israel diu populum suum,
Feliciori semper ducens tramite.
Duræ licet ceruicis gens, & pessima,
Vicit tamen diuina eos benignitas.

Quare tibi manent honores debiti,
Illi Deo inquam, qui nouit misereſcere
Peccantibus, qui ſubuenit iacentibus,
Et erigit lapſos, timidis dat gratiam.
Cuius rei Nomotheſia exemplo erit,
Sacris libris eruta, decemq; continens
Præcepta, ſcripta de manu Dei optimi.
Hæc ſunt bonis ſpes maxima: attamen mali
Ni corrigant uitam, pœna, & grauiſſima
Terror futuri ſeculi: quo iuſtior
Viuentium Deus ſuis dat præmia.
Quare pater delicta noſtra ſubleua,
Idem creator omnium nos adiuua.
Idem altor adſis dexter, & precantium
Eo die benignus exaudi preces.
Veſtrum ſilentium ſpectamus optimi,
Vt quid uelimus poſſitis cognoſcere.
Rem fecimus nouam, qua uix antiquior
Lectoribus fuerit: tamen ſpero Dei
Gratiſſimam ſpectatori pro gloria.
Facite bonus animus labores comprobet
Actoris, ut meliora póſt induſtria
Eius det omnibus pijs animo pio.

PERIOCHA.

NOuum ducem poſtquam ſequutus Iſrael
Omnis populus ad ſolitudinem, rubro
Mari relicto peruenit, preſſius ſiti
Ob fontium defectum, murmurat. Ex pene

Tactu, ſatis Moiſes bonæ proſert aquæ.
Hinc liberat periculo famis graui,
Et hoſtium uim frangit Amelech Deus.
Sacras decem legum tabulas ſcriptas dedit
Idolatras Moiſes neci dat: cæteros
Abducit, officio functus ducis optimi.

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Moiſes. Aaron. Populus Iſrael. Maria.

NOs eſſe gratos filij Iſrael decet, Cri.
Noſtro Deo ſoli, ac uni autocrato-
Nam quòd maris procellis uires ho
ſtium
Proſtrauit, imq; nihilum cunctos reddidit,
Facile eſt Deo. Quid miramur miraculum?
Quin potius unius celebre beneficium,
Præ cæteris multis quidem laudabile
Extollite pueri, uiri, cum fœminis:
Canamus illi carmen euchariſticon,
Cognoſcat omnis populi gratitudinem
Huius, per omnes latos terræ terminos.
AAR. Carmen Deo cultus uenit gratiſſimus,
Non quòd per hoc placetur optimus ſuis,
Sed ut uago orbi nomen eius cognitum
Reddatur è pſalmis, ſacrisq; canticis:
Miraculorum eius meminiſſe, ſibi placet.

POP.

POP. Fiat, bonisq; mentibus præcinite uo-
MOISES & AARON simul.
Qui gloriosus est, magnus per omnia,
Equum cum equite deiecit in Rubrum mare.
En fortitudo, & laus mea Dominus Deus,
Qui factus est mihi in salutem maximam.
Hic est Deus, quem glorificet anima mea.
Deus patris quidem mei, exaltabo eum.
Dominus quasi pugnator omnipotens, nomen
Fortissima uicitq; exercitum hostium.
Benedictum erit per infinita secula
Hoc nomen eius, nomen ter sanctissimum.
Pharaonis Aegypti regis currus cito
Proiecit in mare. profundissimo uado
Hærent, & eius heroes ac principes
Perière submersi imq; uolubilibus aquis.
Hostes abyssi operuerunt rubri maris,
Instarq; plumbi fundi terminos tenent.
In dextra Domine tua posuisti eos,
Fregisti eorum uim, aduersarios malè
Tractasti, in omni spiritu frangis. Quis est
Similis tui? manum extendisti fortiter
Eos super, donec uoraret eos solum.
Sed tu fuisti dux Deus populi tui,
In misericordia tua portasti eum,
In fortitudine nos, tuosq; protegis:
Dominus in æternum regnabit, & amplius.
Ingressus est Pharaon suis cum curribus,

Equites sequuti sunt eum uelociter,
Pedites, cohors armaturæ leuissimæ:
Sed mox reduxit super eos Dominus aquas
Vagas, quibus sunt obruti profunditus.
At nos profecti sumus, omnesq; liberi,
Nullo metu, certo gradu, sicco pede,
Periculo procul in uado tutissimo.
Laudabilis Deus, sacros super choros,
Cœli beati: laudate illum omnes uiri,
Pueri, senes, puellulæ, cum fœminis.
Cantate, laudem gloriæ dicite suæ.
Sanctus Deus per seculorum secula.
POP. IS. Amen. MO. Vide Aaron, soror uenit tua
Cum cymbalis cantans præcedit fœminas.
MAR. Cantemus ô mulieres maximo Deo,
Qui gloriosè hostes deiecit in mare,
Equum, suumq; ascensorem quàm turpiter:
Qui nos sequuti sunt, deleuit funditus.
MO. O Israelitæ, ex mari rubro sumus
Nunc liberati, uiuentis Dei manu,
Et omnibus defuncti fratres modò malis,
Nullus relictus commorandi hic est locus.
Quare senes, pueri, & mulieres surgite,
Me sequimini uestrum ducem, datum à Deo.

SCENA II.

Moises. Aaron. Populus Israel. Deus. Simon.

Nolite deijci charissimi mihi

Præcedit nũc Moises populum Israel, ad alium usque locũ ꝓscenii, ac inde sic alloquitur eos.

Animo,

Animo, quod huc ſpacio dierum uenimus
Trium, uiæq; neſcij per aſpera,
Labore non paruo: quin conſolamini
Vos mutuò, tuſti ſumus, peractum iter.
Rebuſq; nunc ſecundis uos ſeruabitis?
In rebus optima ſpe triſtibus eſt opus.
Hic caſtra ponemus, fouete corpora
Potu, cibo, requie, & ſi quid'nam aliud erit
Qui liberauit de manu hoſtium, poteſt
In hac neceſsitate etiam ſaluare nos.
Nec eſt mihi dubium, faciet omni die,
Præſertim in illa dura ſolitudine.

AAR. Et cogitate, fratres natos eſſe nos,
Noſtri laboris unquam pœniteat nihil,
Dabit Deus meliora, meminiſſe hæc iuuat.

PIS. Quid uos (malum) quid dicitis uanij?
En tres dies perambulauimus mora
Nulla, nec eſt finis laboris improbi.
Quod maximum eſt, aqua dulci caremus hic
Sitiq; cogimur perire protinus.
Quid eſt? aqua hæc abſynthio eſt amarior.
Porrò ad bibendum idonea quidem nemini.
Et de ſalute noſtra actum eſſe ſuſpicor.

MO. Quæ ueſtra mentis hæc frequens mutatio?
Animiq; dubij ſedula inconſtantia?
Alia eſt priori oratio hæc ſententiæ
Contraria nimis: quæ ueſtra hæc ſunt murmura?
Patientia eſt opus, ſub his moleſtijs.

ron & ego neceſſitatibus probè
eſtris mora ſine ulla prouidebimus.
nimo bono ſitis modo, putabitis'
e, is qui ſalutis author, nosq; liberat
x regis Aegypti manu, nunc dormiat?
blitus omnium'ue noſtrûm ſit? minus
ihil. uidete ſi uos per rubrum mare,
aluosq; duxerit, ſine dubio ſitim
edabit optimo quidem potu, & citò.
Probat Deus patientiam ueſtram, fidem
Luſtrat: quid animi habetis, poſcit noſcere.
Quare melius oportet optimi mei
Sperare. nam Dominus aquam ex petra poteſt
Dulciſſimam, atq; in copia producere.
Faciet quidem. Verumtamen ſpei nihil
In uiribus ueſtris erit. igitur in Deo
Solo erigite ſpem: languores hic ſubleuat.
Vah quàm leui momento frangitur fides,
Et pectoris nunc de imo prorſus tollitur,
Qui tot Dei miracula oculis cernere
Potuiſtis in terra Aegypti. Quid in mari
Fecit Deus, nunquid memineritis animo
Grato? nec id plures ante annos, proximis
Quidem diebus. Ita' ne deſpondebitis
Animum, ob aquæ paruam dulcis penuriam?
Donec redeo, uos paululum expectabitis.
Ite potius domeſticas curare res.
Mox hic ero, uolente maximo duce

Meo

In hac uita esse tabescendum. Non enim
Vlla hic si spes nostræ salutis tam foret,
Pro singulari in me senem perquallidum
Amore, absentes essent grati tam diu.
Itaq; nec præsidium, parandi gratia
Cuius retentus est apud me filius
Natu minor, cum & hic abreptus sit mea
Ex complexu, nec ullum præsidij locum
Video. sed quid? Commemorando augeam
Ingrediar ædes, expectabo filios.

SCENA V.

Ioseph. Ruben. Simeon.
Iudas. Dan. Nephtalim.
Aser. Isachar. Zabulo.
Beniamin.

Abscq; equis egrediuntur.

Quod ego (uiri) summa officia, beneficia
Et quæcunq; in me sunt bona, aut beneficio
Diuino mihi tributa, aut parta laboribus
Meis, in uos hucusq; fratres contuli,
Miraculum debet uideri nemini,
Id feci adductus nimia charitate, qua
Incredibiliter erga uos motus. quis est
Enim nostrûm, qui bene, qui liberaliter
Sit educatus, cui non quàm charissimi
Educatores? cuiq; non cordi sient
Probi magistri, & doctores? cui non locus
Ipsus mutus, ubi alitus & eruditus est
Quilibet, in mente uersentur cum gratia

Hic fratres Ioseph tremunt, ac nomine fratris audito, stupẽt ac in terram prostrati lachrymis uultus rigant.

Recordatione? Sic fratres ego,
Re estis etenim germani fratres mei,
Nam sum Ioseph: quotiescunq; mentio
Vis parentis facta à uobis est mei,
Non potui nunquam benefacere. pro eo meam
Animam profundam, nullam partem tamen
Eius meritorum uideor assequutus: ac,
Prohibent lachrymæ impediunt ora rigantes loqui,
Prohibent enim lachrymæ mihi corpus piæ.
Pater meus uiuit? propius accedite,
Ego sum Ioseph, quem uendidistis, nescij
Quid nam Deus per me foret acturus. neq;
Timete: nec dura esse uideatur salus
Vestra, quod his uendidistis me regionibus.
Leuate sursum fratres uestra corpora,
Salute pro uestra Deus præmisit in
Aegyptum me. biennium est enim, fames
Quod cœperit. Restant adhuc quoq; residui
Quinq; in quibus non poterit arari, nec meti.
Igitur Deus præmisit me, ut seruemini,
Terra super diuite habere queatis cibos
Ad uiuendum, non uestro consilio, Dei
Vero uoluntate huc missus, qui me patrem
Quasi Pharaonis fecit, atq; eius domus
Dominum uniuersæ, & principem in regionibus
His, quas uidetis, atq; Aegypti singulis
Partibus. Idcirco festinate, ascendite
Patrem ad meum. dicetis, Hæc mandat tuus

Gnatus

Gnatus Ioseph: Fecit Deus me totius
Aegypti dominum, descende ad me celeriter
Ne remoreris, & habita in terra Iessen.
Iuxta me tu, tuiq; chari filij,
Et filiorum filij, tuæq; oues,
Atq; armenta tua, & uniuersa quæ tenes.
Ibi te pascam: adhuc quinq; anni sunt famis
Residui, ne & tu pereas, atq; omnis domus
Tua, & omnia quæ in possessionibus tuis
Habes. en oculi uestri, ac Beniamin mei
Fratris oculi uident, quod os ad uos meum
Loquatur. Nunciate patri gloriam
Meam uniuersam, & cuncta quæ uidistis in
Aegypto. festinate, adducite ocyus
Ad me. Iam singulos amplectar suauiter
Iynge trahor, medullitus uos diligo.
Adeste deliciæ meæ (ô fratres) meum
Suauium, desiderate iam diu.

A minori incipit Ioseph amplecti fratres.

RV. Addicti Domino pueri laudate Dominum
Laudibus æternis nomina maximi Dei,
Laus Domini primo phœbi floreat inchoata
Surgentis ab ortu, usq; super occiduas plagas
O fœlicem, quem diuinus tangit timor,
Qui scrutans præcepta Dei, & se oblectat
Præclara posteritas nascetur à uiro
Illo, huius erit semen in omni terra potens.
Huic rerum cunctarum copia nunquam deerit
Et qui est bonus, facile ingenua pietate se

Accom-

commodat, tribuens uicino largiter
tua pensa suo. dispergit pauperibus, &
gas opes tribuit egenis. O pie
ater, si quædam offensiuncula facta sit
uersitate nostra, animo tuo mihi
oscito cum cæteris, & te uelim
lenitatem des, sceleris remittere
nam. Id enim est quod uocatur hic ignoscere.
ceat sem: l peccasse impunè, sit satis
recanti medicinæ ueri confessio.
O. Deus quidem precantibus se ueniam
eccati dimittit. Quid ego seruem meis
eccata germanis? ignota singulis
rrata sunt uobis. Ite ad parandum iter.
go, necesse quæ fuerint, nunc porrigam.
e quid uobis desit, cum iam eritis in uia.

SCENA VI.

Oenochous. Pharao. Ioseph.

In hac scena Oenochous primo, postea rex egreditur, Ioseph uero euocatur.

Oli boni, boni quid apporto? PH. Quid est
Quod sic gestiat? OE. At ubi inueniam regem meũ,
Vt expleam nunc maximo eius gaudio
animũ? Atq; eccũ, opportunè adest: teipsum uolo.
PH. Quid nuncias? OE. Fratres Ioseph prudentia
Excellentes uiri uenere ex patria
Chanã. PH. Quid ais? OE. Sũmæ probitatis afferũt
pem maximam, etiamnum antiquæ uirtutis, &

Claræ

Claræ modestiæ, summæq; industriæ:
Quare dabis operam, ut tam præstantes
Quorum iucundissima uita est, seueráq;
Verum seueritas summa coniugitur
Cum humanitate, & tum firmis uirtutib
Tum etiam fortuna (si hoc quid ad rem
Honoribus afficias, quorum mores pij
Apparent, uerè, si uideas, deos putes.
PH. Heus nunc accerse ad me foras Iosep
Vt mandem ei, quid ego uelim de fratribu
OE. Fiat, Ioseph heus ex iussu regis uoco.
IO. Quis me? sed eccum regem. quid uel
Scire cupio, accedo. PH. Ex sermone ho
Fratres recenti, copiam sui tibi
Videndi fecisse audij. IO. Sic est pie
Rex. PH. Impera tuis fratribus, ut Cha
Repetant, dicens, Tollite iussu regis pa
Vestrum, & totam cognationem, pergit
Ad me, dabo uobis omnia terræ bona
Aegypti, ut comedatis medullam nostræ
Præcipe etiam, ut tollant ex Aegypto m
Subuectionem paruulorum & coniug
Plaustra. Atq; dicito, dimittatis nihil
De uestra supellectili. Nam omnes opes
Aegypti erunt uestræ. IO. Domine uerbi
Agam tibi excellenti gratias uiro,
Non reperio. Sed præsenti obseruantiã
Et assiduitate memorem officij uolo

tibi probari in posterũ. PHA. Quod iussi, age.
Fiat. Vos dilectissimi fratres adhuc
ramini, exeatis pariter singuli
me foras. En tibi dilectissime mihi,
entia, pecuniam, & tantundem uestium
tram meo patri, atq; uobis singulis
us dabo munera quàm preciosissima.
os hinc concedimus, uos me omnes sequimini.

SCENA VII.

Iacob. Simeon. Ruben. Leui.
udas. Dan. Nephthalim. Gad.
Aser. Isachar. Zabulon.
Beniamin.

Dicut solent, suum qui amiculum diu
bsentem gestiunt redire, singulas
erlustrare uias, per quas hospitem putant
ese excepturos: sicq; agendum censui
hi. Sed quanto diutius, tanto minus
pparent filij. Proh dolor, quàm durus &
Miser certè status parentum est omnium.
go quia filij non redierunt mei,
Quæ cogito? rebus quibus nunc solicitor?
ed hic (nisi me animus fallit) nunc de quibus
Agebam, eos ipsos uidi, profectò sunt.
Conspectus omnium uestrûm est multo mihi
O filij) iocundissimus. estis ne ij,
Qui per fidem iurarunt se breuissimè
Reuersuros? quæ causa desidis moræ?

Post orationẽ patris sui Iacob, cum equis egressi patrem cõueniunt.

SIM. Tibi salutem det Deus ter maximum
Tantum tibi feremus gaudij pater,
Vt anteuortat omnibus facillimè
Mœroribus cordis tui. IA. Quid gaudij
SIM. Deum supremum testor, saluum fi
Et incolumem tuum esse Ioseph. IA. C
Profectò tenere non queo præ gaudio.
Viuit'ne filius meus, quem bestijs
Putaui deuoratum? SI. Sic(pater optim
Aegyptij maiores unquam nemini
Habuere honores, quàm fratri. inq; amp
Ipsum ordinem coaptarunt, ac ipsi ea
Vltrò petenti nunquam, quæ petentibus
Multis negarunt, ea tuo obtulere cum
Summis honoribus & amore, filio.
IA. Quid audio? SI. Quis clarioribus
Iucundior? quis uè meliorum partium?
IA. Quàm lætus ista percipio. RV. In amp
Gradu locatus est. Et hoc robore animi,
Et indole hac, uirtute, ac continentia fi
Vt respuat cunctas uoluptates, ita
Cursum ut suæ uitæ in laude, ac consta
Et dignitate conficiat. Sed qui locus,
Aut quæ facultas redditur deniq; pater,
Honores atq; maiestatem filij,
Qui ei exhibentur, enarrandi? Religio
Pietas in ipso abundat. IA. Impetus animi
Atq; ardor mentis eius in puerilis

uestitiam significauerunt: sicuti
erbis sit, quæ uirtutis maturitas,
quantæ fruges sint futuræ industriæ.
Adduximus nobiscum ex iussu regis, &
los, equos, camelos, & plaustra, omnia,
ecum, necesse fuerit hic quibus.
xenia quæ gnatus lætus mittit tibi.
Hem, munera offers quàm mihi gratissima.
. Iter suscipiendum quoq; est nobis pater.
Quò nam dilecti filij? RV. Ad Ioseph tuum
atum. Rex etenim ad habitandum terram dedit
obis fluentem melle & lacte, deniq;
rum omnium quas fert, abundantissimam.
are celerrimè maturandum puto,
eriles relinquentes agros, qui postulant
esiderantq; cultores, quales modo
estare nos non possumus. Nitidissimos
mpos potius, & agros fructu uberrimos
ssideamus, qui largius uictum exhibent.
. Reuixit spiritus meus, si uera sunt,
uæ dixisti modò. RV. Ex diuino oraculo
e accepisse putato. IA. Satis fili mihi,
adhuc meus uiuit gnatus Ioseph. Eam,
um uidebo, priusquam moriar. Interim
um redeant uestri ex campis filij, omnia
arabimus. Plaustris imponemus bona
ostra, & res omnes cæteras, ne quid moræ
obis sit, omnibus reuersis filijs

E' pascuis, gregibus abactisq; pecorum.
Ingredior, sequimini. Videre filium
Quàm primum ex animo gestio. R. v. Sy-
ter.

EPILOGVS.

Exhibita uobis, spectatores candidi,
(Nigros enim haud moramur) est non
Expers ueri, sed historia, nobis canens
Canam fidem, antiquam uirtutem, &
Pudorem castitatis, claram quæ paras
Authoritatem. Quæ non spectatoribus
Vt risum moueat, acta sit proteruius:
Sed hic uides exemplar integerrimi
Adolescentis, quem cum fallax occasio
Et quotidiana tentatio circumdarent,
Inquit, Mihi omnia tradidit dominus
Præter te, quæ uxor eius es: contra Deu
Vt faciam, procul absit. Vides hic, quàm
Pro uerbo concepto seruarit integram
Hic castitatem? Non te sæua terreant
Pericla, quod Ioseph primò diuenditus,
Posthac coniectus fiet in cæcum carcerem
Propter temerariam adulteram. Nos te
In difficultatibus oportet inscios
Esse Dei consilij, ut uitæ nostræ brevis
Ductus fide in sola sit constitutus. Et
Quando omnia aduersa adparent, tunc
Quæcunq; sunt uicina. Quis nam tam

E potuit, qui crederet ei Aegyptios
ua paratos flectere, qui ceu sordidus
alter, in tetrum conijcitur carcerem?
contrà, qui uoluptatem sectantur, ex
perato in mortem subitò auaram incidunt.
stans fides hæc cernit, & complectitur,
æ nunquam confundit: sed potius erigit
rmos, consolatur peccati reos.
are orat hic grex noster ut re mystica,
o corrigendis moribus fruamini:
estigiáq; Ioseph sectemini probè.
um nobis, hic quicquam si commodauimus,
ctuiq; noster placuerit, plausum date.

IOSEPHI FINIS.

ORNATISSIMO,

bilique uiro & Domino, Georgio Fuggero, D
Kirchberg, & Vueissenhorn, &c. Domino
uandissimo, Hieronymus Zieglerus
Rotenburgensis S. D.

Gaudent carminibus Thesea dum
Et cantare melos instituit prius
Orpheus, Eurydicen quàm repetit
Rebus quo melius consulerem meis,
Georgi te pariter Musa petit mea,
In quo dona boni cernimus omnia.
Virtus commeruit sic, pietas tua,
Solers ingenium, carminibus potens,
Fœlix ut superes secula Nestoris,
Votis, ominibusq; & precibus rogo
Gratus nobilibus, diuitibus simul,
Gratus pauperibus, spes pia Musis
E' quarum gremio doctior aduenis.
Res est magna quidem, ravaq; secula
Vno tot bona sub corpore claudier.
Sic uisum superis: quemq; uetant nos
Dignum laude uirum carmina, nec
Ornabunt mea, uis non mihi talium
Mentis respicies munera, non rei.
In te tanta etiam spes manet omnium
Nostrûm. quicquid erit, consulis optim
Vana nil dedimus. prosequimur Di

ummi facta, uetus Biblia quæ docet.
llic numen adest, teste quid est opus?
Vllis polluitur lectio uepribus,
gnus, atheus, & nil ualet, impius,
n quo facta Dei fortia scribimus,
egis qui tumidas contuderit minas,
onstantiq; manu per mare duxerit
orrendum populos, quò uoluit Deus.
ellum qui domuit nutibus hostium,
ius queritur hic gloria maximè:
ecte qui superos, & regit inferos.
ratus ludus erit sacra petentibus
x desiderio, mentibus intimis.
e postquàm uideant quòd moueat modò
erborum pietas, historiæ fides,
uentis pariter laus, honor, & decus,
rerum grauitas perpetuò manens.
llic nulla noto, nulla fauonio,
urgent inuidiæ tempora, nec loca,
ed mens æqua, nec unquam reuocabilis,
x patrocinio non tacito tuo.
Nunc Georgi foueas, quæ dedimus tibi.
Hoc uinces animo: quicquid habent Deæ,
Ornabunt capitis tempora floribus,
Regum muneribus excipient quidem:
Nam parcent animæ fata superstiti.

IN NO-

IN NOMOTHESIA M.
Leonardi Gebhart Burgrauij Augustani Hexastichon.

Hoc ita sunt magnæ, paruo sub carmine, l
Maiores nunquam legeris orbe uago.
Omnia sunt præcepta Dei ueriſſima noſtr
Quæ ſeruanda ſuo iuſſerit ore pijs.
Decretum eſt etenim, ſemel omnia diſſer
Huc ades, huc propera, perlege, noſce p

PERSONAE DRAMATIS

Deus	Raphael, & Gabriel, angeli	Moiſes
Aaron		Ioſue
Hur	Caleph	Iudas
Simon	Maria	Iudith
Ietro	Sephora	Dema
Populus Iſrael	Phylax explorator	Amad

NOMOTHESIA.
DRAMA TRAGICO-COMICVM, argumento ex ſecundo libro Moiſi ſumpto, authore Hieronymo Zieglero Rotenburgenſi.

PROLOGVS.

MAgna eſt Dei noſtri, ac inæſtimabilis
Benignitas, & miſericordiæ ſuæ
Quis numerus eſt? cui ſedes cœli machina,
Pedum ſcabellum terra quicquid continet.
Exempla ſi tibi putabis deſore,
Ea Exodus dabit ſub omni copia.
Quot ſigna fecit antè per Moiſi manus,
Quàm frangeretur regis impetus mali?
Vt ſe Deum Iſrael potentem oſtenderet.
Quid eſt maris tranſgreſſu uel præclarius?
Cum fata aquarum concitabat unico
Nutu, rogantia ultro quò ſecederent.
Quid fonte de radicibus ducto petræ,
Mirabilius? aut pane cœli ſanctius?
Quo pauit Iſrael diu populum ſuum,
Feliciori ſemper ducens tramite.
Duræ licet ceruicis gens, & peſtima,
Vicit tamen diuina eos benignitas.

Quare tibi manent honores debiti,
Illi Deo inquam, qui nouit misereſcere
Peccantibus, qui ſubuenit iacentibus,
Et erigit lapſos, timidis dat gratiam.
Cuius rei Nomotheſia exemplo erit,
Sacris libris eruta, decemq; continens
Præcepta, ſcripta de manu Dei optimi.
Hæc ſunt bonis ſpes maxima: attamen mali
Ni corrigant uitam, pœna, & grauiſſimus
Terror futuri ſeculi: quo iuſtior
Viuentium Deus ſuis dat præmia.
Quare pater delicta noſtra ſubleua,
Idem creator omnium nos adiuua.
Idem altor adſis dexter, & precantium
Eo die benignus exaudi preces.
Veſtrum ſilentium ſpectamus optimi,
Vt quid uelimus poſſitis cognoſcere.
Rem fecimus nouam, qua uix antiquior
Lectoribus fuerit: tamen ſpero Dei
Gratiſſimam ſpectatori pro gloria.
Facite bonus animus labores comprobet
Actoris, ut meliora pòſt induſtria
Eius det omnibus pijs animo pio.

PERIOCHA.

Nouum ducem poſtquam ſequutus Iſrael
Omnis populus ad ſolitudinem, rubro
Mari relicto peruenit, preſſus ſiti
Ob fontium defectum, murmurat. Ex petra

Tactu, ſatis Moiſes bonæ profert aquæ.
Hinc liberat periculo famis graui,
Et hoſtium uim frangit Amelech Deus.
Sacras decem legum tabulas ſcriptas dedit
Idolatras Moiſes neci dat: cæteros
Abducit, officio functus ducis optimi.

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Moiſes, Aaron. Populus Iſrael. Maria.

NOs eſſe gratos filij Iſrael decet, (ri.
Noſtro Deo ſoli, ac uni autocrato-
Nam quòd maris procellis uires ho
ſtium
Proſtrauit, inq; nihilum cunctos reddidit,
Facile eſt Deo. Quid miramur miraculum?
Quin potius unius celebre beneficium,
Præ cæteris multis quidem laudabile
Extollite pueri, uiri, cum fœminis:
Canamus illi carmen euchariſticon,
Cognoſcat omnis populi gratitudinem
Huius, per omnes latos terræ terminos.
AAR. Carmen Deo cultus uenit gratiſſimus,
Non quòd per hoc placetur optimus ſuis,
Sed ut uago orbi nomen eius cognitum
Reddatur è pſalmis, ſacrisq; canticis:
Miraculorum eius meminiſſe, ſibi placet.

POP.

POP. Fiat, bonisq; mentibus præcinite uos.

MOISES & AARON simul.

Qui glorioſus eſt, magnus per omnia,
Equum cum equite deiecit in Rubrum mare.
En fortitudo, & laus mea Dominus Deus,
Qui factus eſt mihi in ſalutem maximam.
Hic eſt Deus, quem glorificet anima mea.
Deus patris quidem mei, exaltabo eum.
Dominus quaſi pugnator omnipotens, nomen
Fortiſſima uicitq; exercitum hoſtium.
Benedictum erit per infinita ſecula
Hoc nomen eius, nomen ter ſanctiſſimum.
Pharaonis Aegypti regis currus cito
Proiecit in mare. profundiſſimo uado
Hærent, & eius heroes ac principes
Periêre ſubmerſi inq; uolubilibus aquis.
Hoſtes abyſſi operuerunt rubri maris,
Inſtarq; plumbi fundi terminos tenent.
In dextra Domine tua poſuiſti eos,
Fregiſti eorum uim, aduerſarios malè
Tractaſti, in omni ſpiritu frangis. Quis eſt
Similis tui? manum extendiſti fortiter
Eos ſuper, donec uoraret eos ſolum.
Sed tu fuiſti dux Deus populi tui,
In miſericordia tua portaſti eum,
In fortitudine nos, tuosq; protegis:
Dominus in æternum regnabit, & amplius.
Ingreſſus eſt Pharaon ſuis cum curribus,

Equites ſequuti ſunt eum uelociter,
Pedites, cohors armaturæ leuiſſimæ:
Sed mox reduxit ſuper eos Dominus aquas
Vagas, quibus ſunt obruti profunditus.
At nos profecti ſumus, omnesq; liberi,
Nullo metu, certo gradu, ſicco pede,
Periculo procul in uado tutiſſimo.
Laudabilis Deus, ſacros ſuper choros,
Cœli beati: laudate illum omnes uiri,
Pueri, ſenes, puellulæ, cum fœminis.
Canite, laudem gloriæ dicite ſuæ.
Sanctus Deus per ſeculorum ſecula.

POP. IS. Amen. MO. Vide Aaron, ſoror uenit tua
Cum cymbalis cantans præcedit fœminas.

MAR. Cantemus ô mulieres maximo Deo,
Qui glorioſe hoſtes deiecit in mare,
Equum, ſuumq; aſcenſorem quàm turpiter:
Qui nos ſequuti ſunt, deleuit funditus.

MO. O Iſraelitæ. ex mari rubro ſumus
Nunc liberati, uiuentis Dei manu,
Et omnibus defuncti fratres modò malis,
Nullus relictus commorandi hic eſt locus.
Quare ſenes, pueri, & mulieres ſurgite,
Me ſequimini ueſtrum ducem, datum à Deo.

SCENA II.

Moiſes. Aaron. Populus Iſrael. Deus. Simon.

Nolite deijci chariſſimi mihi

Præcedit nũc Moiſes populum Iſrael, ad alium uſque locũ ꝓcenii, ac inde ſic alloquitur eos.

Animo,

Animo, quod huc ſpacio dierum uenimus
Trium, uiæq; neſcij per aſpera,
Labore non paruo: quin conſolamini
Vos mutuò, uiſi ſumus, peractum iter.
Rebusq; nunc ſecundis uos ſeruabitis:
In rebus optima ſpe triſtibus eſt opus.
Hic caſtra ponemus, fouete corpora
Potu, cibo, requie, & ſi quid'nam aliud erit
Qui liberauit de manu hoſtium, poteſt
In hac neceßitate etiam ſaluare nos.
Nec eſt mihi dubium, faciet omni die,
Præſertim in illa dura ſolitudine.

AAR. Et cogitate, fratres natos eſſe nos,
Noſtri laboris unquam pœniteat nihil,
Dabit Deus meliora, meminiſſe hæc iuuat.

PIS. Quid uos (malum) quid dicitis uanij,
En tres dies perambulauimus mora
Nulla, nec eſt finis laboris improbi.
Quod maximum eſt, aqua dulci caremus hic
Sitiq; cogimur perire protinus.
Quid eſt? aqua hæc abſynthio eſt amarior.
Porrò ad bibendum idonea quidem nemini.
Et de ſalute noſtra actum eße ſuſpicor.

MO. Quæ uestra mentis hæc frequens mutatio
Animiq; dubij ſedula inconſtantia?
Alia eſt priori oratio hæc ſententiæ
Contraria nimis: quæ uestra hæc ſunt mimi
Patientia eſt opus, ſub his moleſtijs.

ron & ego neceſſitatibus probè
eſtris mora ſine ulla prouidebimus.
mo bono ſitis modo, putabitis'
, is qui ſalutis author, nosq; liberat
regis Aegypti manu, nunc dormiat?
blitus omnium ue noſtrûm ſit? minus
hil. uidete ſi uos per rubrum mare,
aluosq; duxerit, ſine dubio ſitim
dabit optimo quidem potu, & citò.
robat Deus patientiam ueſtram, fidem
uſtrat: quid animi habetis, poſcit noſcere.
Quare melius oportet optimi mei
perare, nam Dominus aquam ex petra poteſt
Dulciſſimam, atq; in copia producere.
Faciet quidem. Verumtamen ſpei nihil
In utribus ueſtris erit. igitur in Deo
Solo erigite ſpem: languores hic ſubleuat.
Vah quàm leui momento frangitur fides,
Et peßoris nunc de imo prorſus tollitur,
Qui tot Dei miracula oculis cernere
Potuiſtis in terra Aegypti. Quid in mari
Fecit Deus, nunquid memineritis animo
Grato? nec id plures ante annos, proximis
Quidem diebus. Ita ne deſpondebitis
Animum, ob aquæ paruam dulcis penuriam?
Donec redeo, uos paululum expectabitis.
Ite potius domeſticas curare res.
Mox hic ero, uolente maximo duce

Meo

Meo Deo, in quo spes mihi omnis ponitur.
PO. IS. Eas modo, nos interim expectabimus.
At si fefelleris, faba in te cuditur:
Pœnas dabis, dignasq; tanto principe.
Et insuper quod unus intricaueris,
Tibi exedendum erit, nos in uado ibimus.
MO. Deus meus, mihi in his afflictionibus
Succurre. iudica populum, qui murmurat.
Nec sustinet donec tu ipse uenias Deus.
Demitte nobis auxilium ex alto tuum.
Quid facimus, ut reddamur omnes liberi?
Araron & ego serui tui: defende nos
Ab hac, mali populi, molesta iniuria.
Hæc est Deus gens ceruicis durissimæ.
Igitur bonum quod est, in medium consule.
DE. Lignum quod hic coram iacet te, sine
Et id in aquas profundius transmittito,
Potabiles tibi statimq; faciet aquas.
MO. Nunquam fefellit me Deus, tentatus
Profectò dulcis omnis est facta hæc aqua.
Haurite singuli, bibite cuncti uiri,
Salubris & dulcis facta est uobis aqua.
Hæc non ego, sed qui cœlos regnat super,
In gratiam uestram facit quidem omnia.
Quid amplius deest? quid porro quæritis?
Non hæc futura uobis esse diximus?
Nunc uos itineri crastino præcingite,
Sitis parati, cras enim discedimus.

ox ego adero. SI. Quando uoles tecum ibimus.

SCENA III.

Moises. Deus.

Tibi Deus soli debetur gratia,
Qui liberasti populum, ne graui siti
periret, & me conseruasti fortuter.
Iam mortis heu circundederant pericula,
Nisi dedisses fontibus dulces a quas:
Ne sustulissent funditus, turpi nece. (audies,
DE. Moises. MO. Domine. DE. Vocē quādo meam
Aut feceris quod sit bonum, rectumq; me
Coram, meisq; mandatis obtemperas,
Custodiesq; præceptum meum sacrum,
Sanctum quem in Aegypto languorem tibi dedi,
Non amplius super te inducam, quin eum
Hinc auferam: sanator ego Deus tuus,
Populiq; medicina tui ero certissima.
MO. En alloquar populum Israel. nam ego nihil
Tibi denego, obsequar tuis domine Deus
Iam legibus, quàm mandatis, omni die.
O Israel, uocem Dei tui fero.
Quem si audierimus, atq; eius seruabimus
Præcepta, languores sanabit omnium.
Quid sit futurum præsentes attendite:
Leges dabit certas, suaq; gloria
Dignas, & in salutem reipublicæ
Nostræ salubres, quo quis recte possiet
Vitam hanc agere suam, multo tum commodo.

Dabit magistratum in terra loco suo,
Qui sit boni exempli rectiq; formula.
Huc usq; in Aegypto serui omnes uiximus
Nec legibus sacratis unquam subditi.
Ast hæc dies alios mores expostulat,
Aliamq; uitam adfert, relicta pristina.
Nostram probare cupit obedientiam
Deus, iugum an possimus imponi pati
Nobis, & illius præceptis obsequi.
Quarè quod ipse dixerit, fiet ratum.
Rempublicam geret sub iusto tramite:
Modo uoluntati audientes fuerimus.
Nec ipse statuet, quod foret ferri grauis
Nec quod fiet aliquando intolerabile.
Sic cogitandum erit, sine regimine nihil
Durare posse saluum, uel persistere
Vnum diem: quod ipse nouit sanctior,
Prospexit omnibus sua prudentia.
Qui deprimit superbos, erigens tamen
Humiles, suosq; nunquam iustus deserens.
Audite me, non amplius manebimus
In hoc loco, quin discedemus crastina
Sub luce prima, quare cuncti surgite,
Sitis parati, facite: recta enim uia ad
Helim, gradu ducam quidem certissimo
Vos: dux ego uobis datus, me sequimini.
Hic mons aquas dulces, purissimas quoq;
In copia sua dabit: nam sunt ibi

numero duodecim fontes potus optimi,
ii fouebimus animalia rectius,
t nostra restituemus corda uiribus
uis, cibo, cunctisq; terræ fructibus
mnis generis. & proximè locabimus
entoria quidem castra, cumq; exercitu,
le fortè quid desit, necessum quando erit.
Discedite domum nunc, sol cedens duplicat
mbras, & hic iam nunc adesperascere
cepit, gelida phæbe cupit splendescere.

ACTVS SECVNDI,

SCENA I.

Iudas. Simon. Populus Israel. Aaron. Moises.

Svrgamus, occidamus impios duces:
Me sequimini uiri, senes, cum feminis.
Hi sunt inopiæ causa tantæ maximæ.
Cur huc loci deduxerunt? ô pessimi
Quidem duces, latrones, fures improbi.
Quid? num feremus amplius tales uiros?
R. Cur obsequuti consilijs prauissimis,
Suis suasionibusq; pessimis?
Ex copia multorum fructuum bona
Deducerent, in huncq; desertum locum,
In solitudinem tantam? quis omnium
Diutius feret? Mox irruimus in eos.
Animam seni primum extinguemus perditè,
Quo tam impuratum poterimus nostro modo

Vlciſcier.ne nos illudat ſæpius.
Tumq; alterum capite in terram uolo ſtr
Cerebro uiam quo diſpergat paſſim ſuo.
Placet capere,ruere,rapere,proſternere,
Exempla cæteris ſient. Quin ſequimini:
Satis mihi ſupplicij erit:quos ſi modo
Vlciſcar,ex illis q; pœnas ſumpſero.
POP. IS. Perimus ah fame, miſeriq; omn
Perimus,heu perimus protinus quidem.
AAR. Hem quæ ſit in caſtris,uide,ſedit
Clamant, quid hoc ſibi uult neſcio,uide
Animo malo huc uerſus nos adfectant uid
Et uereor ut turba hæc placari poſſit,
Niſi Deus proſpiciat,prorſus actum erit
Vno impetu ueniunt. Quod ſubitum hoc
MO. O Iſrael quid hoc,quæſo?infandos p
Aucrte ſenſus,pectoris ſani parum,
Magni tamen,compeſce dementem impet
Quid hoc? Gigantes arma peſtifera mouet
Vos non decet. Turba hac gladijs'ue quas
Et quæſo, quò uos cæcus inuergit furor?
Euerſa manibus ſaxa ueſtris concidant.
Quod res erit,præſentes animo dicite.
IV. Quò nos duces tandem cæci deduxi
Quanto melius in Aegypto eſſemus quie
Demortui,per ſacratas Dei manus:
Quando ſedebamus ſplendentibus ſoci
Ad carnium ollas ſaturi,plena copia,

Dura ſoluti.uiuentes quàm ſplendidè.
Cur huc uolebas in deſertum ducere,
Niſi ut ſimul deleres multitudinem
Omnem,uiros cum feminis & liberis?
Quin ea ſiti enecaſti longo tempore,
Rurſus fame excrucias. Quid fiat denique
Neſcimus.an uobis ita tandem idonei
Videmur adeò,quos capitis illudere,
Ereti quibus ſumus ducibus?ô peſſimi.
MO. Heus Iſrael populе Dei,quid illud eſt?
Sic agitis,ô uiri,nobiſcum?attendite.
BI. Nihil agis,induxiſti huc nos omnes,uide,
Illæ arbores fructum bonum nunquam ferunt.
Quis eſt cibus? quid autem edemus?nil erit:
Vos eſtis in cauſſa,triginta nunc dies
Perambulauimus labore maximo:
Et quæ fuerunt,conſumpta eſſe cernimus.
Reliquum nihil habemus,fame pereundum erit.
AAR. Nolite,nolite uiri illud tantum mali
Facere:breuibus audite quid frater uelit.
Cum dixerit,facite,quod optimè placet:
Frater meus Moiſes his rebus conſulet.
MO. Obliuionis atq; ingratitudinis
Quis nam modus futurus eſt?ita'ne decet
Beneficiorum obliuione uos capi?
Veſtri miſertus ſum,noſtra refert nihil.

Duces tamen uestri sumus, quodq; optimum
Fuerit, oportet consulere nos sedulò.
Si quid mali euenit, nostris pro uiribus
Auertere à uobis, bonumq; accersere
Decet: rógo patientiam, silentium
Volo, quod omnibus uobis uertet bene:
Nam corrigemus quod siniſtrè euenerit.
Nunc quid hodie uobis desit pernoumus:
Sperate melius, quia uiuit Dominus Deus
Hic liberabit ex malis præsentibus.
Et quod per illum differtur, non protinus
Aufertur, hac probantur regula boni.
Patientiam uestram, atq; tolerantiam,
Alio modo potuit nunquam cognoscere.
Quòd si boni obliti fueritis pristini,
Præsentis ob mali tam parui incommodu
Quid ipse sperabit de uobis postea?
Exoritur aliquid maius, de malo, bonum:
Nondum ruentis Israel fatum uenit.
Nullas reperiet, ut uelit, clades Deus.
Quem si uelitis pessimi contemnere,
Quod non statim ex uoto aderit, est imis
Hucusq; nil mentitus est uobis: per hunc
Aegyptiorum uim effugistis fortiter,
Oppressit hostes uestros non una uice.
Sanguineus alijs fluuius, est potabilis
Factus, salutiferusq; uobis singulis,
Ex illius mera & diuina gratia,

Illisq; meritis uestris, pertinaciter
Non uultis operæ eius modo cognoscere.
Ost quam arma non erant, in copia dedit:
Abegit hostes pro uobis, sua manu
Pugnans, ut omnes saluos redderet pius.
Nunc uult probare uestram in hoc patientiam.
Sperate melius, prouidebit optimè.
V. Miserrimum est sperare, cum speres nihil.
M O. Hem sustinete, non abest procul Deus,
Qui scire uult, num ferre fortiter animo
Positis aduersa, an seruire requiritis.
Quid mœsta multum turba laceratis comas?
Diuéraq; tunditis quid uestra pectora?
Vel quid genas effuso uestras plurimum
Fletu rigatis: leuia perpessi sumus.
Ego nihil solicitus pro uita mea,
Vestri doleo causa, ne per lapides graues,
Quos hic manu fertis contra me perciti,
Pœnas daturi sitis aliquando Deo:
Quem rebus his damnare iudicamini.
Conuertimini ad (obsecro uos) pœnitentiam,
Scelere relicto tanto: orabitis Deum,
Et ipse uobis hæc remittet crimina,
Saluosq; reddet unus omni tempore,
In quo salus posita est uestra, & redemptio.
M I. Gratissimus certe aspectus Moisis ducis,
Et sermo suauis illius. Quis nam potest
Illi repugnare? obsequemur paululum,

Redibit, ut opinor, promissionibus
Plenus Dei: quem solus omnium audiet.
MO. Videte, ego reuertar ad uos proxime.
Nunc crastinum expectabitis tantum diem.
Melius habebitis, soli mihi credite.

SCENA II.

Deus. Moises. Aaron. Pos Israel. Iudas.

AVdi fidelis serue Moises, quid tibi
Velim. Ecce ego pluam de cœlo panibus,
Omnis populus egrediatur pòst colligens,
Quæ sufficere possunt ad sedandam famem.
Tentabo eum, probabo nunquid ambulet
In lege maximi Dei sui sacra.
Verùm die sexto dic ut duplum inferant,
Nam septimus sanctus mihi uocabitur:
In quo nihil facient operis. Hæc dicito
Populo meo, melius erit sine dubio.
MO. Audite me seniores paucis Israel,
Domini salus apparuit, is uobis dabit
In saturitate panes, colligite modo.
Scitis'ne quòd uos ex Aegypto duxerit
Vespere, uidebitis mane eius gloriam,
Domini Dei nostri. Nos uero quid sumus,
Quia murmurastis contra nos? Domino Deo
Iniuria hæc facta est, non nobis, credite.
Qui enim resistit obstinatè principi,
Domino resistit, is potest retribuere.

Et nunc Deus cognouit uestra murmura,
Sanabit omnes languores sub tempore
Breui, modò ibitis domum, cras surgite.
Et quid Deus possit, gratis uidebitis.
AAR. En uesper est, in castra eundum nunc erit.
Cras mecum enim ibitis sub aurora rubra,
Et nunc magis magis q; concussi labant
Conuexa cœli, spissior densis coit
Caligo tenebris, noxq; se in noctem abdidit.
Omnis dies fugit uos. ô fratres precor
Hac unica expectate nocte, quod parum est.
POP. IS. per Simonem.
Et si iubes, uolentes expectabimus.
Si quid datur præter spem nostram in crastinum,
Festum diem celebremus consensu pari:
Augere nox istæc uoluptatem potest.
Eamus ergo, spectantes quid nox ferat.

SCENA III.

Raphael, Gabriel, angeli duo. Moises. Populus Israel. Simon. Aaron.

HVc spargimus rorem felici nomine
Dei, cibus fiet populo durissimæ
Cerucis, omnes terminos terræ expleat,
Per quam populus iste ambulat. posthac sibi
Hinc colligant, quantum uolent, erit satis.
AA. Hic panis in saturitatem est illis datus.
Quod si uolent ingrati pro beneficio

Tanto esse, dignos quouis dicerem malo.
Nam sufficit semper, nunquam corrumpit.
Cœli hic cibus, qui de supernis decidit.
Nos ibimus cum surgent, mane colligent
Quantum placet cunctis, satis relinquitur.
MO. Exeo. Manhu, quid hoc erit? gustabis?
Cibus sacer de cœlo uobis missus est.
O Israel, salus tui Domini Dei
Descendit, atq; ros conuersus in cibum est.
POP. IS. Manhu Manhu? mirabilia Dei!
SI. Gustabimus, quam sanctus hic erit cibus.
Suauissimus, quouisq; melle dulcior.
AAR. Nunc colligite uiri, quod unicuiq; est
In hunc diem satis, deinde singulis
Diebus unum modium, nec quicquam amplius
Nihil reseruetur etiam superfluum,
Quod uel diebus commedatur proximis:
Nam quicquid est, à uermibus corrumpitur.
Amarus etiam redditur uescentibus.
MO. Vide Israel, tibi Deus quid fecerit,
Hoc te cibo pascet dies per plurimos,
Nihilq; uobis deerit. Nam hic panis est
Quem tibi dedit de cœlo uescier sacro.
Et hic erit sermo Domini ad populum suum.
Sibi quisq; colligat Gomor, perq; capita
Singula, nec amplius. nam qui plus colligit,
Non interim plus habet: aut qui sumit minus
Nec is minus reperit, & omnibus satis

erit. sub hac mensura quouis tempore,
Quicquid requiritur alimenti singulis:
Nec in futurum mane quid seruabitis.
Scitis quid hesterno Deus sub uespere,
Et præter omnem spem, atq; uota fecerit?
Venti dabant coctas coturnices uagi,
Nunc mittit è cœlo panem per copiam
Magnam, sine ullo termino. sex collige
Dies sequentes, obseruabis septimum:
Namq; est sacer Deo, nihilq; operaberis
In eo, nec inuenies panes ullos, domi
Intráq; castra temet ipsum contine,
Omnisq; turba sabbatizet septimum
Diem, quod ipse commedas ex proximo est.
Tu sume uas Aaron, Manhuq; compleas,
Quantum potest Gomor capere, reponito
Coram Deo, in generationes Israel:
Sicut mihi Dominus quidem præceperit.
AAR. Ponam reseruandum, subq; tabernaculo.
MO. Verum ne sit mora illius rei, uide.
Nam eras procul discedimus, tempus uocat
In Raphidim, quo castra ponemus loco:
Satis diu hic fuimus, & longo tempore.

SCENA IIII.

Maria. Iuditha.

MEa tu soror, Iuditha, quid fit obsecro?
Quis est laborum tandem finis omnium?
Vnum malum ex alio malo deducitur.

Quæ

Quæ solitudo hæc est? præter panem nihil
Habemus, aqua nos omnes rursum deficit.
Pereundum erit sanè, nisi quid aliud uelit
Deus: Sitim quis tantam ferret amplius?
Nisi Deus dignetur auxilium dare.
IV. Ita est Maria, timeo peius omni die.
Hæc siccitas nihil boni prorsus feret,
Pessundabit animos fortes uiuentium.
Decreta mors, & quæritur fati genus
Per castra: sanitatis est spes parvula.
Prohibere nulla ratio periturum potest,
Vbi quis mori constituit, & debet mori.
MA. Moderare alumna mentis effrenæ impetum.
Animo coerce, dignam ob hoc uita reor,
Quod esse temet addictam neci putas.
Et si pati hoc malum coacti cernimus,
Nunc cogita perpetuum nil durum fore.
Omnis secundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu, semper insolita appetens:
At quando uis aduersæ surgit turbinis,
Despondet animum, quasi non utueret Deus.
Nec quid faciat sedens sancto solio pijs
Dijudicant, cernunt tantum præsentia:
Quid sit futurumq; optimum nemo uidet.
IV. Spes nulla, tantum posse leniri malum
Quis'nam putat? fontes aquis carent suis,
Torretur æstu tacita mens animalium.
Vt interim taceam uiros cum feminis,

tus premitq; intolerabilis sitis,
emo est uirorum qui diu hos casus graues
erat, soluto labitur moriens gradu
ortissimus quisq; omnium, somni immemor,
ec se quieti reddit, & si maximè
apit, potest: quin semper impatiens sitis,
uærit quod ipse bibat ex imis fontibus.
utatur habitus, nulla iam cereris subit
ura, aut salutis, quærit omnis tantum aquam.
n non misera res est? quid autumas boni
uturum? ego sperabo nunc prorsus nihil.
AR. Domini Dei scio potestas maxima est.
Hic subuenit medijs, procul dubio, malis.
Vigilare nostrum nihil erit sine Domino:
A quo salutem plurimam expectabimus.
Quin ibimus mea tu domum: res postulant
Domesticæ. Quid hoc? timeo nobis ne quid
Absentibus nostræ turbatum sit domi.

SCENA V.

Populus Israel. Iudas. Simon. Moises. Deus.

HEu principes tribuum, quid hæc grauis sitis
Mali ferat nescimus: hoc constat tamen,
Perire nos, nobis aquam uiri date,
Bibamus, & sitim extinguamus maximam.
IV. Aquam nisi dederis Moises, male audies.
SI. Et quàm diu feremus impios duces?
MO. Proh sancta pietas, proh gubernator poli,

Et

Et qui super terram tenes regnum Deus,
Vnde ista uenit generis infandi lues?
Est prorsus iste gentis armigeræ furor
Innatus: redit ad autores prauum genus,
Stirpemq; primam degener sanguis refert.
Vbi uultus est prior, atq; maiestas uiri
Decens, scelere tanto placuit ordiri?
Iam iam superno numini grates ago,
Testorq; cœli magna sacri sidera,
Me non dedisse causam tanti criminis.
O uita fallax, abditos sensus geris,
Animisq; pulchram turbidis faciem indidit
Factum nefandum, quæ hæc animi mutatio!
Est'ne Deus aliquis in uobis? aut nullus est?
Quid sic (pudor) iurgamini contra duces
Vestros, Deum sanctum nimis tentabitis.

SI. Sitimus, & perimus insuper siti,
Aquæ penuriam quis uestrum soluerit?
Cur uc maceras Moises, si saluos reddere
Cupis tuos? Cur eduxisti pessime
Ex optima Aegypti terra? quid rogitas?
Si modo potes, mox uniuersos suffoca.
Tua esset illa gloria, ac summum decus.
Duc ubi feræ sint, ubi fretum, ubi præcepsia
Si dux es, illuc ire morituris placet.

MO. Hem sustinete paululum, dum dixero,

SI. Quid perdis ultra uerba? cur hæc pectus
Mollire tentas precibus? hoc animo sedet,
Effu-

ffundere potius luctantem animam diu
um morte, tenebras q; petere, atq; Tartaro
ondi iuuat, quàm tantam ferre longius
ittim. Libet, quod tandem oportet posiea,
ieri: quis unquam prohibere hoc quæso potest?

MO. Si dixero, quod tum placet, faciundum erit.

SI. Quid ista tandem uerba proficient tua?
iuuat mori, te modo neci dabimus prius.

MO. Pauca audienda tantum, magnanimi, precor,
Non te ut reducam ueteris ad specimen domus
O Israel peto, sed in terram optimam.
Et hoc decebat, roboris tanti uiros
Non esse sub dolore, nec uictos malis.
Meliora polliceor, dabit finem Deus.
Hic sustinete paululum, uiri optimi.
Reuertar proximè, feram quod est bonum
Vobis, boni cuius uos nunquam pœnitet. (quam,

SI. et PO. IS. Quò uelit eat, nisi statim dederit a-
Malum feret. Qui simus, ipse uiderit.

MO. Domine Deus, populo quid huic faciam? rogo
Dicas, adhuc est paululum, ac me interficit.
Lapidabit, irruens ira nimis fremit
Contra tuum seruum, Domine Deus adiuua.
Quemadmodum panem dedisti proximè,
Sic præbeas potum suum sitientibus:
Et liberes siti, quando uolunt ita.
Quod si negas, cibi peribit gratia
Suauissimi, caussam sibi dari mali

Omnis

Omnis putabunt, peccandi promptissimi.
DE. Ergo tibi quid sit agendum, paucis nota
Tecum senes, qui sunt in populo, sumito:
Præibis illos, Israel sequente te.
Fustem manu tolles tua, quo nam antea
Percusseras fluuium, animo fortissimo, &
Vi percute petram: ego super montemq; Or
Stans, te iuuabo meo sacrato numine:
Exibit aqua statim cum multitudine.
Vnde bibat omnis populus, & largissimè.
Hoc fac, & ipse uiues, & populus tuus.
MO. Faciam Deus quæcunq; iusseris omnia.
Audite seniores uiri, atq; sequimini.
Promisit ex petra Deus uobis aquam:
Si fuste tantum præsenti percussero,
Manabit. Ecce magnus exit riuulus
Aquæ, bibite quantum quisq; omnium uolet,
Non deficit. Quid amplius cupitis uiri?
Nonne satisfacit omnibus, qui de petra,
Ex uirgulæ tactu, tantum dederit aquæ?
SI. Miramur hoc repentè tantum commodum.
Hæc est aquæ dulcissimus fons. Gratia
Sit tibi Deus noster, & unus ter maximus.
Nihil amplius conquerimur: beneficij satis
In nos tulit, qui regnabit per secula.
IV. Quantum boni confert Moisi nostro duci
Vir est Dei, atq; nos populus eius sumus.
MO. Memento quantum in te boni transfuderit
D

Deus, nec ingratus sies in posterum.
Vide, tibi præsentem habebis perpetim,
Si te modò memorem esse beneficij uidet,
Quod si satis bibistis omnes, ibimus
Quò nos dies uocat, & hoc tempus postulat.

ACTVS TERTII,

SCENA I.

Phylax explorator. Moises. Aaron. Iosue. Hur.

Huc Amalech totus misit me exercitus,
Quid Israel faciat, cognoscam certior.
Bellum mouebunt contra perciti nimis,
Neci dabunt (peregrinus est populus) eos,
Cuisq; profligabunt finibus procul.
MO. Adeste fratres: quid sibi nam uult homo
Quem noua forma, sub istis uestibus
Video? habitus alienum esse indicat uirum:
Quid fiat hic, uidendum prorsus, aduenit.
AR. Quantum licet coniectura capere mea,
Nihil boni futurum ab illo suspicor.
IV. Quare rogabimus quid habeat rei.
Vel quò uelit, cur hic, examinabimus,
Qui sit, quis huc uel miserit. Quod si negat
Verum loqui, capiendus est: sub uinculis
Narrabit omnem rem. uos illic interim,
Et tibi coniunctus Vrion, simul
Et hostis illius tergum latebitis

Aliquantulum ex insidijs, ut quando opus
Adsitis ex improuiso tamen mihi:
Nam ego uolo succenturiatos esse uos,
Cum deficio, ne frustra nos lacesserit.
Heus quisquis es, quid hic rei, dic mihi, tibi?
PHY. Mihin'? tibi ne dicerem? Scias, nihil.
IO. Nil sic ages, aut dices, aut malè habueris.
Quem quæris hic? aut quis misit mastigia?
Dicturus es, uel non etiam: meus igitur es
Captiuus, huc reddas fidem certissimam.
Adeste uos socij, rerumq; conscij:
Habemus hominem captiuum, deducite.
PHY. Heu quid agitis, parcite mihi miser
IO. Huc huc eas, & quid nam ueneris edo
PHY. Si uixero, dicam. uiri miseremini
Mei. date ueniam uitæ: si quid dixero
Falso, occidite. IO. Saluus eris, ubi uera lo
Heus frater, heus Moises, habemus en uir
Vt arbitramur, exploratorem hostium.
Ex hoc licebit quid sit hic cognoscere,
Quid porrò agendum, quid ue fugiendum
MO. Hem dic apertè, quid uel cur huc ue
Timore nullo, incolumi uita dixeris,
PHY. Huc Amalechitæ primum misere m
Quid hic agatur explorem studiosius.
Nam exercitum collectum, tum fortissimum
Habent in armis, aduersus uos. Israel
Circundabunt in crastinum, forti manu

Hæc castra primùm oppugnabunt, & postea
Omnes dabunt internecionibus, ne quis
Vestrûm supersit omnium. MO. Quid amplius?
PH. Sunt cõgregati omnes inhabitantes Gaboth,
Petramq;, coniurati quinq; regibus
Veniunt ducibus: hi pugnatores gentium
Sunt maximi, simul cum re fortissimi.
AR. Si ita est, ut hic dicit, res non feret moram.
IO. Abducite hunc intrò uiri, atq; uinculis
Custodiatur cautius. Tu Iosue
Paucis adesdum, te uolo, res postulat.
IO. Quid est quod ars mea efficere possit tibi?
Mandare, non rogare seruos, est tuum.
MO. Nunc maximè tua fide est nobis opus,
Virtutibusq; bellicis quidem.
Instat grauissimum bellum, populi impij,
Quantum modò intelleximus: quare tibi
Hinc optimos bellatores fortis animi
Selige uiros, qui fortiter norunt manus
Conserere, pugna contra hostes, nos libera.
Quin ipse populus arma comitatus tua
Tibi militabit. uade, & id bellum gere,
In quo patres matresq; pugnanti tibi
Fauere possint, frange mox belli mala.
Ego comitibus his duobus protinus
Hunc proximum ascendã montem, orabo Deum,
Victoriam dabit sua præsentia.
Licet nec armis ad bellum ornati sumus,

Nec rebus alijs: attamen semper pijs
In spe Dei, auxilioq; constant omnia.
Vincemus in Deo facilè, qui noster est
Protector: & quis omnium contrà potest
Facere? Duce hoc superabimus sine dubio
Habemus illum, qui manu fortissima,
Ex hostium ui liberauit sæpius.
Et cogitate quod solus succurrerit
In plurima fame, sitiq; maxima,
Cur non adesset, è periculo graui
Nos liberaret, hostium frangeret
Vim, quem penes stabit potestas omnis.
Adeste tribuum principes, audite quid
Velim: parantur bella nobis maxima,
Defendere patres nostros & matres decet
Cum liberis, pugnate fortiter uiri.
Inuictus acie, gentium domitor, Deus,
Quot interemit nobiles, iuuenes, senes,
Sparsos mari rubro, scelere pressos suo:
Sic ille gentium feros harum impetus
Domabit unus. Quicquid est, fratres, ferte
Hæc cogitate. Martis incertæ uices.
Licebit omne tecum orbis uagi robur in
Licet arma longè miles, ac latè explicet
Fortuna belli semper ancipiti loco est.
Primum tuis fauisse facuotis Deum,
Victoriam tandem dabit cum gloria,
Tradetq; gentes in manus statim tuas.

ux uester est Iosue, ex tribu Ephraim,
obustus, & laboris patientissimus.
os ô uiri audite hunc, & sequimini:
go rogabo pro victoria Deum.

SCENA II.

Iosue. Caleph. Simon. Iudas. Moises. Aaron. Hur. Amalechitæ.

Non est moræ dilatio, fratres uiri:
Simon, Caleph, Iudas, tribuni, principes,
Vos eligo populi duces, me sequimini.
Hoc ordine instituo, bonis auibus ego
Præibo: tu cum uecti, si quid est opus,
In agmen hoc, ut hostium uim frangere
Possis: sed ist hoc cæteri in cornu probè
Dextrum locabuntur, sinistrum uos habet.
Hoc cogitate, stultis esse modo uiri,
Quod iste honoris gloriam ueri petat,
Qui animo magis quàm uoce laudari uolet:
Laus uera, & humili sæpe contingit uiro.
C. A. Audite buccinam hostium, clarum tuba
Sonat: nihil cunctandum, quantum iudico,
Pugnæq; tempus, tota undatis uenit
Acies in armis, æra iam bellum cient,
Signoq; pugnam signifer moto uocat:
Et quinq; reges bella dispositi parant.
H. Adsunt, repugnemus duces pro uiribus.
O. Pro me nihil iam metuo, uos facitis uiri

Spem proximæ, uolente Deo, uictoriæ.
Estote fortes animo, nil timendum erit,
Dux est Deus noster. supremus omnium.
Quis contra eum? quis audet? uel quis co
Vestrum esse credo, quicquid est, fratres
Meum: quis hac potiri gloria uetat?
Hoc est Dei bellum, hæc & est acies De
Quæ uos molestat pessimos dementia?
Huc, si lubet. Quis armorum furor mali
Quis iste mentes agitat attonitus nequa
Aut uos Erinnys quæ nam uexet dicite.
AM. De finibus nostris statim discedite,
Aut morte pessima simul peribitis
Hic quotquot estis, destinatas uictimas
Superis dabimus, armorum ui clarissima.
IO. Absit. Deus noster uos in nostras dabi
Hodie manus, uim ui licet repellere.
Prodatur omnis ira, & ex animo timor
Erasus abeat. perimite hos ô milites.
En subiacent, fugiunt. sequimini, sequimini
MO. O qui fide dignos seruas sperantium
Protector omnium Deus, nos libera.
In te Domine speraui, ne confundar in
Aeternum, & erigas, nostramq; spem fo
Eripe tuos facias saluos, defende nos:
Et ex manu peccantium Domine rape.
Hac de manu quæ contra agit legem tuam
Iniquitati ne locum des obsecro:

Iacta me sub hoc proijciasq; tempore,
Cum deficit uirtus mea: ne deceſſeris
Quodo, ne longius patiaris impetus.
Dimitte pugnas, libera populam metu,
Luctu parentes, fœminas, cum paruulis,
Tandem Deus in auxilium nostrum respice.
Deus meus, ne elongeris de me rogo.
Defessus artubus totius corporis.
AM. Nolite fugere, terga uertunt: sistite
Gradus. fugatus Israel, uictoria
Summas potiti milites fortissimi.
IO. Hæc quæ fuga est: ô Israel, resistere
Hosti decet, quum pectus antiquum aduoca,
Victasq; magno pectore ærumnas doma,
Resiste tantis in malis: uinci malum est.
Si moreris, antecedo: si uiuis, sequor.
In hos ruamus, dum prior quouis eo:
Perire sine me non potes, mecum potes.
MO. Domine, uide hostis clamat, Vbi Deus Israel
Moratur, aut cessat: uicti sumus quidem,
Nisi tu Deus uenias, præsens opem ferens.
Quis eripiet illorum nos de faucibus?
Ne deseras tuos, in quo spem ponimus
Firmissimam. Laudabo iustitiam tuam,
Tota die cantabo nomini tuo.
AM. En denuò fugiunt, sequamur proximè
SI. Perimus omnes heu, deuictis subueni
Deus, malorum consilia mox reprime.

MO. Accedite Aaron, Hur, simul fratres mei.
Defessus omni parte corporis male,
Manus suum officium negant, leuate eas,
In altitudinemq; prorsus tollite,
Vt inuocem Domini Dei nomen sacrum.
Si lassus ero manibus, mox hosti subiacent.
At quando eas leuabo, uincunt fortiter.
HVR. Ecce hic lapis præsens, quem supponam.
Huic insede, ne lapsus causam des mali.
IO. Nemo hostium in nostra manu uincat.
Nobiscum erit, cuius sit hæc uictoria.
Non uos decebit roboris tanti uiros
Hoc esse sub dolore, nec uictos malis
Dare terga: non est, ut putatis forsitan,
Virtus, timere uitam quam debes Deo,
Sed uiribus primùm malis ingentibus
Obstare, nec se uertere, ac retro dare.
Qui nos cupis saluos, sequere cursu inclito.
Non hæsitabit gressibus fortissimus.
Vbi debuisti, redde supplicium uetus
Cum occidis, & cum parcis: olim iam tuum
Est hoc cadauer, perage mandatum ducis.
Iamq; & Dei: animus gestit antiqua exequi
Supplicia. Stringe gladios, ac in sanguine
Madidos recipe: tandem timorem omnem ei
Vt te uideat hostis uictorem postea,
Quando cadit gladio paruus cum maximo.
Ruat ira in omnes: hostis est, quisquis mihi

non monstrat hostem: ulciscier malos iuuat.
IO. Oblite nostri uindica forti manu
Deus inimicos, clade qui tanta obruunt
Populum tuum. eripe nos sæuis ab hostibus,
Et libera, consilia mala mox destrue:
Qui nescio quæ damna nobis comparant.
Nec noceat hostis fuso gaudens sanguine,
Tantumq; cui semel bonum esse displicet.
Et ecce contrà nos praui pugnant uiri,
Quos læsimus nihil: nec quid peccauimus.
Saltem uacent quod nostra culpa pectora,
Hinc inuident, atq; in nostram concurrere
Student grauem perniciem. in occursum ueni,
Surge Deus, aspice quantis & quot molibus
Nostram petant uitam, insidijsq; perdere
Volunt. Deus tu exercituum inuictissime,
Vires tui populi firma potentior,
Nebit sis pius qui nil queunt, quàm quod malũ est
Probare, fugiant fac retrò sub uespere,
Et more blaterent mutua canum murmura.
Per urbis ambulent uicos, & mœnia:
In urbe nec profugis locus detur aliquis.
Quod si meis sit maior hostis uiribus,
Tu tu mihi præsidium es & ductor meus.
Dispergere rector maxime uagos, quo duce
Nullius hostis terror ullus terreat.
Docent iniqua, nectunt nil præter dolos,
Maledicta iactant crebra proximis suis,

Ergo tui reprobos feruoris in manu
Perde age, ne digna, fex mala, sit aliquo lo
Vt te Deum uideat terræ, & magni poli.
Tunc se ferent uacui uentres ieiunia
Digna, & ferent loco cibi sua murmura.
At carmen est mihi tuæ potentiæ,
Dicamq; uirtutis sacræ uel nomina
Vel factaq; canam, quàm diu me spiritus
Regit per artus, laudes non tacebimus:
Tu nostra siquidem pietas, tu tota es salu
Spes optima est in te posita iuuentum.
AAR. Omnes uide uertêre terga, pessimi
Fugiunt, potiti nostri sunt uictoria.
Et adhuc calentes uiscerum uenas moratu
MO. Delebit omnem memoriam Amalec
Nil amplius sub cœlo sit generis super
Huius. Nec interim tegat cæsos humus,
Nec soluat ignis, auibus epulandi licet
Ferisq; triste pabulum sæuis sient.
Votum est sub hoc quod esse supplicium so
Quisq; insepulta spectet horum corpora
In hoc loco ædificabimus Domino Deo
Altare, cuius tanta sit uictoria.
Dominus mea exaltatio, salus mea.
Descendimus triumphaturi proximè.
IO. O ter quaterq; prospero fato dati,
Sistite pedes, aduesperascit, sit satis.
Introeamus castra. quæ iam cepimus,

Prædam licebit diuidat uobis uiris
Quando redibit Moises. Ecce ipsius uenit,
Genes quem erit rerum potestas omnium.
Vos arma colligite, spolia sunt fortium
Hæc militum, inq; castra nostra ponite.
Ad Sinai montem cras manè pergimus.

SCENA III.

Ietro. Sephora. Caleph. Moises.

Quanto meum generum non uidi tempore,
Moisen: lubens igitur uenio, uideam modò
IE. Et ego, ita me Deus amet, cupio meum uirum
Videre, pater, antequam contingat mori.
CA. Ietron uideo, socerum Moisis? certè ipsus est.
IO. Enenit. CA. Equidem miror aduentum tuum.
IE. Sed est ne saluus Moises? quid dicis? gener
Meus? CA. Valet, cupis uidere? IE. Cupio quidem.
Vbi obsecro est? CA. In castris forsan ambulat.
Huc euocabo: paululum spectabitis.
IE. Recte quidem facis, modò uenisse dic,
Et conuenire cupere tandem sedulò.
Quantum audio, canunt ob hanc uictoriam,
Fœliciter nactam prædamq; diuidunt.
Nec pœnitet uenisse me, quando pedem
Huc auspicatò contuli. SE. Nec me pater
Piget. Sed ecce quis nam ille est qui huc aduenit.
IE. Is est gener meus: profectò gaudeo.

Venio

Venio socer tuus, ô gener suauissime,
Cum liberis legittimis uidere te.
MO. Saluus sis ô socer, tuus gratissimus
Aduentus est. ô uxor, ô & filij,
Fœlicitatis omnis equidem pignora.
Fœlix dies illa est, quo corâm contigit
Videre singulos, post tot pericula.
Nam uos latêre eiusmodi non arbitror,
Quæ nam sumus perpessi in seruitutibus
Pharaonis Aegyptij regis: donec Deus
Nos liberaret ex malis his omnibus,
Et denuò uictoriæ eius gloriam
Contra Amalechitas dedit sanctissimus.
IE. Audiuimus quidem, atq; scimus omnia.
Et hoc profectò gaudium pro te fuit,
Gener optime. benedictus est in secula
Dominus Deus, qui uos tantis & tot malis
Dignatus eripere: Dominus magnus super
Omnes deos, quia fortiter tecum egerit.
MO. Quare Deo pacificas offeram hostias
Hodie: sed ipse tu mecum sub crastinum
Ibis, iuuabis me modò præsentia
Tua socer, coniunx, & ô charissimi
Nati mei. IE. Quò cras ibis? dic sericò:
Aut quid negotij est grauis sub uesperè:
MO. Iudex sedebo pro tribunali meo,
Et iudicabo populi lites Israel.
IE. Quid: sunt tibi curæ quæso Respublicæ?

Aut quid facis sub plebis huius ordine?
MO. Ad me uenit plebs uniuersa, iudicem
Eamq; as super suas graues, sententiam
Meam feram, ius postulant omnes suum.
Si aliqua suboritur uel iuris quæstio,
Meis stat omnis res, caditq; legibus.
Præcepta confero, legesq; sancio:
Meq; audiunt, soli mihi omnia deferunt.
Fani simulq; profani ius est meum.
IE. Malam facis rem, inquam, labore fatili
Consummeris, stulto ne dicam: intelligis?
Vltra tuas uires hoc est negotij.
Quid uis tibi, uel quæ cogit necessitas?
Nunquam potes solus facere cunctis satis.
Quin audias consilia mea, Dominus erit
Tecum: quod est res ipsa proloquar, tenes?
In his Dei quæ sunt, ministrabis tuo
Populo, doce quæ sit uoluntas maximi,
Quæq; iubeat, quæ non uelit fieri sibi.
Ritum, ceremonias q; constitue bonas,
Reice malas. Viros prudentes selige
Ex plebe cuncta, rebus his qui præsident,
Et iudicent populum. bonos sumes tamen,
Quos non auara mens uexat, superbia
Nulla insit, atq; ueritatem diligant.
Prudentiores inquam sumito tibi,
Iustos, fide bona, qui ament concordiam.
Ex his tui populi constitues iudices.

Si casus aliquis incidit nimis grauis,
Huc deferant, & iudicandum tibi dabunt.
Hoc fac, & omni saluus uiues tempore,
Tu, & populus ille, cuius es dux inclytus.
Quod si facis, complebis imperium Dei
Domini tui, & præcepta seruabis sacra,
Quæ tibi dabit Deus tuus: quo etiam modo
Omnis populus ad sua reuertetur loca,
Cum pace fortunatus terram possidens,
Quam se daturum promisit uobis Deus.
MO. Recte mones, faciam quod ipse iussit.
Tu modo socer, meaq; coniunx, cum filijs
In castra proxima ibitis, mox ego sequar.
Habeo negotij parum: necessum erit
Agere prius quàm negligentiæ arguar.

SCENA IIII.

Moises. Deus.

Probè admonet, nec frustra est quod dicit.
Quantum queo, sequar eius consilia senis.
Curabo diuinum: quæ ciuiles erunt
Res, iudicandas alijs prorsus liquero:
Et optimum est, leuiq; fit molestia.
DE. Audi meam uocem Moises, Dei tui,
Dicesq; domui hæc Iacob, & toti Israel.
Quod uiderint permulta quæ feci sibi,
Portauerimq; eos superq; alas sacras
Aquilarum, & insuper mihi assumpsi quidem
Eos, nec alios. si ergo audiuerint meam

Vocem, meumq; pactum conseruauerint,
Obtodientq; quodcunq; sibi dixero,
Mihi in peculium, & populus erit meus.
Mea est mea omnis terra, omnis prouincia
Mihi subiacet. uos eritis perfectissimum
Regnum sacerdotale, & gens sanctissima.
Hæc uerba filijs uide dic Israel.
Quid amplius porrò tibi uelim audies,
Cum ueneris sub montem sanctum Sinai.

SCENA V.

Moises. Demus præco.
Aaron. Pop. Israel.

Vbi moratur præco? festinans abi.
DE. Quid est domine, quod me facere uelis modò?
MO. Abi uelociter per castra singula,
Annuncia, signumq; buccina dato,
Vt protinus ueniat huc omnis Israel,
Mandata quæ Dei sunt coràm edisseram.
DEM. Quicunq; subditi Domino autocratori
Sunt, protinus sequantur huc me sine mora,
Ad castra Moseos ducis populi Dei.
AAR. Omnis uenit plebs aduolans, Moises uidens
Is quid Deus uelit, edocebit ordine.
MO. Silentium rogo plebs paululum date,
Quid ego uelim probe possitis noscere.
Hæc dicit unus omnium Deus Israel,
Vos non latêre quæ pro uobis fecerit,
Quo'nam modo Pharaonis ex tyrannide

Eduxerit,

Eduxerit, per mare, per desertum quoq;
Sitim famemq; sedauit sæpissime,
Hostes graues uobis extinxit proximè.
Nunc si audieritis uocem eius, uocem Dñi
Faciet sacerdotale regnum uos sibi,
Peculium eritis eius, atq; sancta gens.
POP. IS. Quæcunq; Dominus est loquu
Faciemus unanimes diebus singulis.
MO. Placet uoluntas hæc, studium nes
Annunciabo proximè, atq; æquum arbi
Quum gratia bona quæ uult Deus imp
Nec is potest uobis hoc pacto irascier,
Quando facitis id quod uoluit, & iussit

SCENA VI.

Moises. Deus. Populus.

LAudabo populum obtemperantem per
Et tam benignum. Quare respice Domine
Populi uoluntatem tui, sinu foue
Amplissimæ simul diuinæ gratiæ,
Quo te Deum protectorem fidissimum
Et unicum & uerum possit cognoscere.
DE. Quid est? Renunciasti Moises omnia
Quæ iusseram populo ceruicis pessimæ.
MO. Renũciaui Domine mi. DE. Quid ita?
MO. Quæcunq; iusseris, ea facient sine mo
Grati quidem, dubio procul, nulla prece.
DE. Nunc denuò uade ad meum populum
Eosq; sanctifica cras, & hodie prius

s lauent uestes iube purissimè,
m diem parati tertium sient.
oc enim descendet omnipotens Deus,
Sinai montis stans supra uerticem
ssimum. Verum caue ne quis uelit
plebe montis uerticem transcendere:
m quisquis illum tetigerit, moriatur, &
pidibus obruatur duris proximè:
ue fuerit iumentum, non iuuat quidem.
æc ipse dicas populo. & ut fiat uide.
O. Dicam Domine mi, diligenter omnia.
ISR. Descendit istic Moses, quid nunc adferat
oui uidebimus: forsan multum boni.
O. Audi Israel, sanctifica temet mutuo
er tres dies, uestes lauentur omnium:
uo Domino ab omni macula puri sient.
aratus omnis dico in tertium diem
sit, tonitrua audietis maximo
odam sono, clangorem buccinæ quoq;.
ullo periculo ego educam uos cautius,
e sistam, ubi debetis omnes ordine,
uid uos uelit Deus, expectare commode.
unc ibitis domum uiri, facite omnia hæc:
e fortè uobis irascatur maximus,
ius potentiæ uniuersa subiacent.

ACTVS QVARTI,

SCENA I.

Moises. Populus Israel.

AVdite me: dies hæc nunc est tertia,
Estisq́; purgati satis, quantum arbitror,
Vitæ integræ nullis malis ob..oxij.
Venite, sequimini ad radices montium:
Nec terminos ultra hos quisquam transc...
POP. IS. Et ecce mons fumat, clangorq́...
Ingens, quasi tonitruum, cœlo furit.
MO. Descendit ipse Dominus è solio sacr...
In montis ipsius stabit cacumine.
Vos hic manete, ego ascendam paulo alti...
DE. Descende protinus, mandaq́; serius,
Ne fortè transcendere uelint hos terminos...
Ad me uidendum, ne pereant omnes cito.
MO. Nemo Domine poterit quidem tra...
Quos terminos feci, atq; iusseras diu.
DE. Descende, uade cura quod dixi tibi,
Tum rursus ascendas, unà frater tuus
Tecum Aaron. Sacerdotum nullus tamen,
Nec populus huc ascenderit uidere me,
Ne fortè Dominus illos perdat funditus.
MO. Audi Israel, Dominus quæ dixerit tu...
Ne terminos quisquam transcendat omni...
Quos hic ego præscripsi diligentia,
Immunis etenim is nunquam erit. Verum...

...ron ueni mecum, ascendas, Dominus iubet.
... Ego sum tuus Dominus Deus, Deus tuus,
...ui te manu ex Aegypto duxerim mea:
...llos habebis peregrinos unquam deos
...æ me, nec etiam coram me: nec sculptile
...cies tibi, nullamq́; similitudinem,
...uæ sit sub ipso cœli magni sidere,
...et quæ sit in terra deorsum maximè,
...el quas aquæ fluentes aliquando dabunt:
...ec ea coles, nec ea adorabis perpetim.
...go sum Deus tuus zelotes fortior,
...ullam feram quicunq; facit imaginem.
...go quidem inquam zelotes ter maximus
...um, uisitans iniquitatem omnem patrum
...tertia & quarta generationibus:
...t facio misericordiam his qui diligunt,
...ustodiuntq́; mandatum meum sacrum.
...omen Dei non assumes in os tuum
...rustra, uel in uanum: quoniam sanctissimum est.
...emento sabbatum sanctifices mihi meum:
...amq; ego diei benedixi olim septimo.
...uos parentes afficies honoribus,
...imorq́; maiorum uersetur ob oculos:
...uis modo in terra longæuus uiuere,
...uam ibi Deus sanctus dabit fœliciter.
...on sint manus armatæ, nullumq́; perimas.
...ec ipse adulterabis, nec mœchaberis.
...on fur malus sis: aut iniquus proximum

Contra tuum testis. Domum fratris tui,
Seruum, nec aliquid quod tibi forsan pu
Nec concupisces coniugem, ancillam, ho
Aut quicquid illius fuerit, ne tetigeris.
POP. IS. Nobis loquere, ô Moises, du
Non Dominus, ah ne fortè moriamur,
Dolore contremiscunt nostra corpora.
Inuasit omnes nos tremor mirabilis,
Perterriti sumus, atq; concussi nimus.
MO. Nolite ô uiri timere: nam Deus
Voluit probare uos, quo terror illius
Inesset omnibus uobis, ne postea
Peccare cogitaretis per secula.
DE. Populo meo dic Moises, quòd audia
Me iam loquentem de cœlo sancto tibi.
Idola ne faciant sibi, quin in Deum
Et unicum credant, quamq; diu uixerit
Quod si impotenti pertinax animo abn
Stat tollere omnem penitus Israel domu
Porrò quid ego uelim nosti, atq; intellig
Cum proximè loquar tibi, & fiet cito.

SCENA II.

Moises. Populus

AVdi Israel, Dominus quæcunq; dixer
Et ea tibi per me iussit proponere,
Vnum Deum credas, neq; eius nomine
Iurabis. Omnem solis sanctifica diem.
Parentibus honorem tribue, ac maiorib

fis latro. non fur, mœchus. falsum neq;
cas. Nec ullius uxorem sumas. Domum
fideres nullam, uel quicquid aliud est,
od non tuum est, nec iure possides bono.
P. IS. Id quod locutus est Deus, faciemus, &
mus obedientes illi plurimum:
lius rei testis nobis futurus es.
O. Igitur ego aspergo uos isthoc sanguine,
ui sanguis est sacri concussi fœderis:
od ipse pepigit uobiscum Deus super
anctis meis sermonibus, quos habuerim.
unc sequimini me, Aaron, Nadab, atq; Abiu,
osq; seniores Israel, uidetis hinc
eum Israel: pedibus sub illius quasi
aphiri lapidis opus, quasiq; splendidum
elum, uel ubi serenum ac rubrum est desuper.
E. Ascende Moises ad me in montem hunc altius,
i esto ibi, daboq; tabulas tibi nouas
as lapideas, continentes omnia
æcepta, quæ docebis Israel meum:
digito meo sunt scripta, mirabile opus est.
O. Heus Iosue, ascendamus. hic uos interim
Donec reuertamur, parùm spectabitis.
abetis Aaron, & Hur, uobiscum uiros,
t principes, & sapientes, & deniq;
os, bonæ fidei, rerumq; consules.
i quæstionis quid tum nascitur grauis,
ferratis ad eos tanquam uestros iudices.

Ego redibo, quàm primum me absoluero

SCENA III.

Simon. Populus Israel. Aaron. Hur.

VEnite, me sequimini. quid faciemus
Nunc per quadraginta noctes: & tot
Moises abest: nec descendit. Quæ est hæ
IV. Quin eligamus alterum nouum du
Quis huius expectabit aduentum diu?
Adeamus Aaron, quæ sit sententia
Nunc nostra declarabimus, uiri, probè:
Sic ambulare longius, nec uiuere
Consultum erit: spes omnis eius concidit
Nam si secundæ res de aduentu essent;
Dudum profectò uenisset Moises, scio.
Vereor tamen ne quid aduersi illis accid
Quia multa concurrunt, occasio, locus,
Tempusq; tantum non expectandum
SI. Heus Aaron, totus grex, & populus
Ad te uenit, non est præter caussam, cu
Necessitas idem, quod ipse forsitan
Nil cogitas, aut quid fiat minus uides,
Dum tu in quiete, & semper in tuto am
Quin surge, fac nobis deos alios nouos,
Qui nos pedum præcedant recto tramite
Nescimus etenim Moisi quid nam contig
Huic uiro qui nos ex Aegypto antea
Deduxerit. Nolumus cum diutius

hoc loco expectare. nec uenturus est
quam: dies sunt nunc quadraginta, aut eo
is, redde quod prædiximus nouos deos,
nouos duces. ueteres nihil curabimus.
AAR. Ah quid facitis? hæc uestra pertinacia est,
et dura ceruix. non potestis amplius,
donec ueniat, expectare? ah audite me,
Volite tantum perpetrare rogo scelus.
V. Ah uolumus. Quid? aut quẽ expectãdũ putas?
Hæc quod uolumus, & uiues: sin non feceris,
Ipsi duces nobis erimus, & optimi.
HVR. Audite, ne peccetis in nostrum Deum.
Redibit omnino Moises, mihi credite.
SI. Nihil agitis, facite nouos nobis deos:
Qui nos uiros præcedant, ubicunq; hic fiet.
AAR. Et si adeò uultis fiat, ego sine noxia
Ero. scelus uestrum est, nec me tangi uelim.
Adcirco uiri, inaures quotquot sunt tollite
De filiarum & coniugum statim auribus,
Adferte proximè huc ad me, quid possiem
Videbo, quo fiat uoluntas omnium.
POPVS. Faciemus id quidem nulla mora quoq;.
HVR. Aaron, uide quid sis facturus hic mali.
AAR. Nolim mea culpa quid huius perfici.
Nam si hic mali est quicquã, hẽ illi huius rei caput.
Horum periculo fit: ego in portu abiero,
SI. En hic habes omnia quæcunq; tibi cupis.

Quicquid facis, fiat uide quàm proxime:
AAR. Fac ignis ardeat, ea in hunc proji
Et quicquid inde natum est, sit uester D
Adferte ligna, ut ignis ardeat probè.
Nunc quicquid huius est, inijce Simon p
Sine ardeat, dij proruent uobis noui.
Cantate laudis canticum uos interim,
Per circulum saltantes gaudio simul.

POP. ISRAEL cantat saltans.

Israel specta, tibi mox redibunt
Huc duces sancti, bene fortiores
Quàm fuit Moises patriarcha quondam
Mortuus ille est.
Cur eum speres adeò morantem?
Quære quo possis duce saluus esse,
Te inq; promissam deitate possit
Ducere terram.
AAR. Ecce uitulus, nouus deus, forma no
Prodit. Deum uestrum psalmis laudabilis.
Huic erigite, facite, columnam ponite,
Statuam Deo uestro dicate splendidam.
Hic est enim, uos quem expectastis sedulò
Hic ducet in terram pinguissimam citò,
Modo sequimini tam fortissimum ducem.
Cantate plura: cantus illum nam iuuat.
POP. IS. Vos rogo audis, iuuenes, senio
Fœminæ castæ, pueri, puellæ:

Dijs, quibus uiuit nihil orbe maius,
Dicite carmen.
Per Aegyptum potuere solum
Israel sanctis manibus tueri,
Maris rubri timidos uado per
Ducere tutos.
Palma cœlestis uitulo relicta est,
Non semel dicemus io triumphe,
Vota per plebis dabimusq; diuis
Thura benigna.
Te decem tauri, totidemq; uaccæ
In loco cæsæ, celebrare sancto
Postea debent: merito decebit
Te decus omne.
AAR. Altare iuxtà ædificetur solenniter,
Ad gloriam uestri dei, uituli noui.
Solennitas cras eius est, omnis aderit
Homo, uocatus signo buccinæ dato.
POP. IS. Io bibamus & edamus, celebrabimus
Festum diem, nouos deos habebimus,
Qui nos malorum expertes possunt reddere.
Salui sumus, si nil præsenti gaudio
Intercidat mali: quis fortunatior
Nobis? At hoc dij conseruate gaudium.
AAR. Ite hostias uestras parate in crastinum.
Adferte, si quid dijs offerre placuerit.

SCENA III.

Deus. Moises. Iosue. Præco. Hur. Populus Israel.

MOises abi, descende iam. populus tuus
Peccauit, & deprauatus factus nimis,
Deflexit à uia recta, quam docueram.
Iste populus, quem ex Aegypto tu duxeris
Fecere sibi de auro uitulum loco Dei,
Dicuntq; uerum esse Deum, à quo sunt liber
Facti per Aegyptum, & rubrum cuncti m
Periculo salui, proculq; aufugerint.
Quare sine me, ut irascatur furor meus,
Conficiam eos, ducamq; ex te gentem mihi
Magnam, uideo ceruicis esse perditæ, &
Durissimæ. delebo omnes igitur eos.
MO. O Domine, cur irascitur furor tuus,
Præsertim in illos quos ex Aegypto manu
Fortissima, & ui singulari eduxeris?
An ut aliquando iactent post Aegyptij,
Huc esse ductos fraude per te callida, ut
In montibus perimeres, atq; tolleres
E' medio? id absit, rogo Deus quin hanc tuam
Iram reprime, decet, remitte noxiam
Populo grauem: parum quia supplicij satis
Pro maximo peccato tibi Deo, ac patri est.
Memineris Abram & Isac, & Iacob, quibus
Iuraueris, multiplicaturum semina
Sua, ad uagi sidera cœli, ac ad pulueris

Num

umerum soli, atq; arenas maximi maris:
t insuper daturum te terram bonam,
Quam possideat horum semen perenniter.
E. Recedat igitur ira mea: sed tu statim
Descende, tabulas tecum sumito has duas
Legum, tibi quas fecerim manu mea.
Digito meo scripsi, populi pro commodo.
Hoc ipsi opus Domini Dei seruabitis.
PRAE. Signum damus uobis sonora buccina,
Quod hæc dies solennitatis sit Dei.
Omnes ad offerendas hostias uoco,
Adsitis unà mox uiri cum feminis.
POP. IS. Hoc die sacrum celebrate nomen
Omnibus uotis uituli, coronas
Floribus gratæ uarijs rosarum
Nectite matres.
IO. Pugnatur in castris, nam clamorem audio.
MO. Nullus uidetur clamor, & adhortantium
Pugnare, terga uel uertentium sua.
POP. IS. Hostias largas cape, uota sume,
Qui Dei functus uice nos tueris,
Protinus gratam potes unus omni
Reddere terram.
MO. Quid tibi uidetur? audio cantantium
Vocem: nisi me animus meus fefellerit.
POP. IS. Nos per Aegyptum simul à Pharone,
In mari tutos uoluisse scimus

Semper:

Semper: hinc cultus dabis, ut precamur,
Omnia salua.

MO. Cantum audio lætantium, accedamus.
Hei mihi, quid hoc, quod ego uideo miser?
Idolatræ facti patres, cum matribus.
Totus ego, totus iracundia ardeo.
Valeant sacræ tabulæ: quid ego me pluribus
Amentia illorum macero? quid hæ mihi
Frangatur ipsæ penitus, & pedibus labet
Calcare, frustra scriptæ sint. Sequere statim
Ah frater, ah frater, quid hic populus tibi
Fecit, scelere tanto obligares perdite?
Male imperatur, cum regit uulgus duces.
HVR. Moises uenit, quem Iosue sequitur, fr
Ira, quid hic fiat timeo. Nihil boni
Sperandum erit. dudum tibi prædiximus.
MO. Quæ est hæc frequens animi mali mu
Isti dei qui sunt: sine modo ulciscier.
Quis hic honor in idolo sit turpissimo?
Fac protinus nouus focus mihi ardeat,
In puluerem idolum fœdum dissoluam,
Donec cinis fiat. bene est, inijcite mox:
Cinerem statim nefandum misceas aquæ,
Vt ebibant: bibite uos filij Israel,
Hæc una merces idolatriæ est malæ.
Quid fecit hic populus tibi, utq; induceres
Illud malum, frater, super eum maximum?
AAR. Noli mihi irasci, qui noueris probi,

quàm sit populus hic peruersus, quàm deniq;
uerissimæ ceruicis, ad quæuis mala
romus. sibi facerem deos non destitit
flagitare, donec ipse fecerim.
Quid contigit, dicebant, Moisi, nos latet:
lijs opus dijs, qui nos præcedant. ita
ri uictus, aurum quod habebant iussi dare,
Hoc posteaquam combusti igni, uitulus hic
Est ortus illis, colere quem iam cœperint.
hæc; uides nudatos esse singulos
Suis quidem ornamentis, ignominiæ
Caussam dedi inter hostes belli tempore.
MO. Nudum uideo populum, & ulciscier iuuat.
Si quis Dei Domini est, iungatur proximè.
Vbi: bene est, omnes Leuitæ mecum erunt.
Agite uiri fortes, acommodate mox
Ensem suum quisq; lateri, perimite simul
Fratrem atq; amicum: parcite prorsus nemini:
Iramq; nostram sanguine extinguant suo.
Hæc tibi Deus Dominus tuus dicit, nota,
Ite & redite de porta, usq; ad alteram
Portam, per omnia castra nunc uiuentium,
Occidite uiros, nulli cuiquam parcite:
Pueros, puellulas, senes, & feminas,
Donec Deus satis sit ultus Israel
Idolatras turpissimos. & posteà
Tali modo perdet, quicunq; cœperint
Idola colere, Deumq; uerum temnere.

Plebs

Plebs temeritate fertur in præceps sua,
Malis domanda est, & graui semper iugo
Premenda, ne quid simile tentare audeat.
POPLS. Peccauimus, peccauimus omnes,
Quis liberabit de manu Domini Dei,
Punire quando præsumit? quid fecimus?
O liberi fugite. Innocentibus uiri
Parcite, uiri fratres, uitam defendite.
IO. Hæc uox nihil uuat, perimite uiri malos,
Idolatras, occidite omnes impios.
Nec finis hic cruoris, aut cædis fiet,
Donec per amplum uiderint campum mali
Stillante sanie, liberorum uulnera,
Matres, patres miserè orbati charissimis.
Omnes in unam contulit Deus necem,
Talemq; nasci fata uoluerunt diem.
Nos quoq; manebunt castra, si sæuo prior
Ense occuparo quicquid infensum est mihi.
Nobis quietem, ac Israel pacem dabo.
Hæc summa uirtus, petitur hac cœlum uia.
Admissa quamuis morte puniri parum est
Grauiora meruit impium plebis scelus.
Veruntamen finem faciam, sit quoq; satis.
Heus sustinete uiri gradus, consistite:
Sic satis erit. pœnam qui meriti sunt, iacet.
Seruate ciues principi, & patriæ bonos.
Factum est quod ipse iusseras Moises probe.
Millia uiginti tria cecidere hodie uirum.

O. Hem consecrastis optimi uestras manus
omino Deo: benedictio ter maxima
obis dabitur, eo quod idololatriam
lla estis in prauis hominibus & impijs.
eccastis omnes peccatum permaximum.
t nunc ego ascendam ad Dominum nostrũ Deum,
idebo quomodo quiuero prece
ua precari pro scelere uestro graui.
os hic quiescite, reuertar post paululum:
castra recipite uos, donec me absoluero.

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Moises. Deus.

Obsecro Domine Deus, populus tuus
Peccauit omnium peccatum maximum.
Ignosce, fecerunt sibi aureos deos:
Dimitte eis hanc noxiam uel unicam.
Quod si minus facis, simul me deleas
Ex hoc libro tuo sancto uiuentium,
Quemq; ipse manibus scripseris Deus tuis.
D. Quisquis mihi peccauerit, delebo eum
Meo ex libro. Tu uade modò, quam tibi uiam
Monstrauerim, aut quò sum loquutus antea,
Et angelus sanctus præcedet te meus:
Ego in die ultionis uisitaboq;,
Et corrigam hoc peccatum contra me graue.
Tu hinc ex loco isto uade cum populo tuo,
In terram eam, quam iuraui me patribus
Velle dare, Abram, Isac, Iacob, multo optimã,

Et

Et lacte melleq; fluentem perenniter.
Non tamen ego tecum ascendam, durissimæ
Cervicis est populus, ne te perdam in via.
Hæc nuncia illis, conuoca. tecum loquar,
Vt audiant omnes meam uocem sacram.

SCENA II.

Moises. Populus Israel. Hur. Deus.

A Deste cuncti uos uiri, cum feminis,
Deponite ornatum uanæ superbiæ,
Dominus hodie appropinquabit: uidebitis
Eum, sua loquentem uoce mihi quidem.
HVR. At at columna nubis hinc altissima
Descendit, usq; ad hostium Moisi ducis.
Flexis genibus adoremus Dominum Deum.
Ipse uenit omnipotens, magni cœli arbiter.
DE. Quid uis tibi, quid uel spectas Moises?
HVR. Audi Dei uocem, loquentem proxime
Moisi, quasi à facie ad faciem. mirabile:
Amicus ita amico loquitur, & uir uiro.
DE. Quid uis? loquere. MO. Domine Deus
Educere populum: nec interim indicas,
Quem nam uelis comitem mecum unà mitt
Quare Deus, si gratiam inueni tuam,
Et in tuo conspectu saluus uixero,
Ostende mihi faciem tuam, quo te sciam.
Respice tuum populum, gentem pijssimam.
DE. Quid tibi? mea facies præcedet te, atq;

quiem dabo tibi sub omni tempore.
O. Nisi ipse præcedas, locum hunc non auferes.
go nam modo nos inuenisse gratiam
mus: nisi unà nobiscum ambulaueris.
E. Id quod loquutus es, lubens faciam tibi:
quia gratiam inueniſti coràm me bonam,
nosq; te, tuo iamdudum ex nomine.
O. Ostende gloriam tuam Domine mihi.
E. Omne ego bonum ostendã tibi. insuper quoq;
Miserebor ubi, uel quando, uel cui uoluero:
Clemensq; ero, in quem nam mihi posthac placet.
Verum meam faciem uidere non potes,
Non enim homo me uidebit, & uiuet. tace.
Præcide tibi tabulas duas, nouas uolo,
Instar priorum lapideas, super quibus
Scribamq; quod tabulis prioribus inerat,
Quæ tu nimis commotus ira fregeris:
Esto paratus manè, quo ascendas statim
Ad Sinai montem, nam te expectauero:
Stabisq; montis uerticem mecum super.
Ac nullus ascendat prorsus tecum uirũm,
Neq; uideatur aliquis ambulans ibi:
Boues, oues q; non pascantur eo die.
Si diligis me, fiat protinus, uide.

SCENA III.

Moises. Pop. Israel.

Quàm mitis est cordis sanctus Dominus Deus:
Cui sumus, siquidem comes & dux erit

Noſter uiæ: quid amplius facere poteſt:
Audi Iſrael, quæ ſit uoluntas maximi
Dei tui, ipſe nos præcedet ordine,
Ad uſq; terram promiſſam ante ſecula
Noſtris patribus. Hoc ſalui imus quidem
Vos hic parum expectabitis me denuo.
Nam me redire iuſſit unà cum nouis
Tabulis duabus, in quas ſcribet omnia
Præcepta, quæ ſeruarier recte cupit.
Ego abeo, quàm primum tabulas paraturus
Nemo alius aſcendat montem, neq; pecora
Paſcantur interim ibi, prohibuit quia Deus
Seruate uoſmet proſperis rebus, rogo.

POP. IS. Fiat probè, fiat optimè, atq; ſedulò.

SCENA IIII.

Moiſes. Deus.

Nunc exeo, tabulas nouas mecum ferens
Vt iuſſit, ad montem rectà porrexero.
Sed ecce per nubem Deus deſcendit huc.
Nunc alloquar. Dominator omnium Deus
Patiens, miſericors multum, clementiſſime
Qui in multa millia oſtendiſti gratiam
Tuam, atq; iniquitatem aufers, ſcelera tegis
Nullus tamen per ſe quidem uiuentium
Eſt innocens coram te, niſi tute dederis.
Proſtratus in terram dicit. Si gratiam inuenio ſub conſpectu tuo,
Domine, obſecro gradiaris nobiſcum Deus.
Populus enim ceruicis eſt duriſſimæ,

Quumq; non ferret, recuſabit meum,
Et auferas peccata, nosq; poſſidens
Duces uia recta: nam te duce uiuimus.
Cunctis uidentibus pactum inibo ſacrum,
Faciamq; ſigna, quæ ante nunquam facta ſunt
Terram ſuper, multo minus ſub gentibus
Illis. nouum uidebitis miraculum:
Te cerna: iſte populus, in cuius ſies
Medio, Dei terribile opus faciamq; ego.
Et cuncta quæ mandaui, obſeruabis, tibi.
Caue ne cum habitatoribus terræ illius
Commercium ſis habiturus: nam ſunt tibi
Ruina, peſtis, perditio planiſſimè.
Porrò Deum noli alienum uenerarier:
Dominus mihi zelotes eſt nomen meum,
Deus æmulator maximus magis ac magis.
Per ſex dies operaberis, ſed ſeptimo
Ceſſabis à laboribus cunctis tuis.
Hæc ſcribe uerba, quibus ego tecum egerim.
Et quomodo pepigi meum cumq; Iſrael
Foedus: decem præcepta populo quæ dedi,
Expone protinus poſt deſcenſum tuum.
Et ubi mihi ædificabis aram, & inſuper
Templum, ſatis dictum eſt tibi, ut fiat uide,
Nunc uade, tecum ero diebus omnibus,
Hac in uia populi tui. quid amplius?
Solidamq; pacis alligo certæ fidem.

SCENA V.

Moises cornutus descen
Populus Israel. Aar

Fui quadraginta dies in montibus,
Cumq; Domino loquutus sum, nil co
Nec erat cibus, panis nullus, nec ulla
Ieiunio consumpsi tota tempora.
Sed uerba scripsi fœderis sacri decem,
Perq; tabulas illas digessi ex ordine.
Nunc ergo descendens, ut his annunc
Nos esse ituros crastino statim die,
Quo destinauit omnium nostrum iam
Dominus, fruiq; gaudeo tali duce.
POP. IS. Et ecce Moisi facies cornuta
Sibi uelit nescio: procul fugiamus hinc.
Hem monstrum alit, turpis forma est
MO. Heus quo fugis, reuertere Israel
Cohibe tuos: quid tibi uelim, mox audie
Ex re quod est, & commodo tuo quoq;
AAR. O principes populi, manete p
Audite quid dicat boni. mandatum habe
Silentium uestrum loquendi copiam
Illi dabit. non uos decet fugere ducem,
Quem iam sequi necessitas expostulat.
Vestra est salus, illumq; audire conuenit.
MO. Quid Israel feci tibi, ut fugeres me?
In gratiam cuius dies tot absui?
Vobis nihil pericli ex indicio meo

t quidem. nam nuncium porto bonum,
tus uolo omnes participes fieri bonos.
R. Aduentui Moises tuo quotquot sumus,
ngratulamur omni beneuolentia.
nil timet populus, præterquam ne tua
uri qua nimium etiam illa duritia aucta sit.
O. Nihil minus: seuerus esse desino.
udite me: præcepta sunt decem data,
abulis nouis conscripta, sicut cernitis:
Quæ si piè seruabitis, melius erit
Vobis diebus uitæ uestræ singulis:
Terramq; possidebitis perenniter,
Quam iamdiu promisit patribus Deus
Vestris. daturus est etiam quam proximè
Cum liberis, tum posteris nepotibus.
Nunc iam sacras ponam leges reconditas,
In intimum templi quoq; tabernaculi:
Has diligenter cordibus tenebitis,
Ne negligentes nos Deus circa sua
Præcepta cognoscat, quod non bene uerteret.
Porrò quid insuper tenendum præcipit
Hoc audietis crastino quidem die.
Hæc hora discedendum uos omnes uocat.
Quare parate cuncta quæ paranda sunt,
Præcedet author & dux omnium Deus.
Confidite, ille uobiscum est. cras ibimus:
Signum dabo per buccinam. Vos ô uiri
Dormite sub castris hac nocte suauiter,

Donec sub auroram uos omnes conuoca-

CALLIOPIVS.

Vos plaudite uiri, spectatores inclyti.

SAMSON,

TRAGOEDIA NO

ad exemplum quomodo sper
diuina ultio & victoria cõtra T
Christianitatis hostes immanis
authore Hieronymo Zieg
Rotenburgense.

PERSONAE.

Manue, pater Samsonis.		Thamnatens p
Æ cara, mater Samsonis		Thãnatis sponsa
Samson, iudex Israel.		Palestinus exer
Eleasar	Israelitæ	Dalila
Heber		Abra famula
Ioachim		Laomor tonsor
Iacob		Philistijm, qui
Nuncius		nem apud Dalil
Agrypnus	principes Philistijm	pium
Iabis		Talion carnifex
Micha		Puer.

Grex triginta sodalium

ri uiro & Domino, D. Ioanni Iacobo Baroni à Mer
sperg, & Beffort, &c. domino suo obseruan
dissimo, Hieronymus Zieglerus S. D.

Generose ô Baro, quibus te laudibus
Feram satis, uel nescio,
Vel me Camœna deficit: magna uirum
Efferre dignum gloria.
Nunc me genus iuuabit antiquissimum
Tuum, parentes, proaui.
Quid stemmatis dicam gradus altissimos?
Antiquitate uiceris.
Præclara rerum accedit his substantia,
Quam tu, beatus termino
Nullo deûm donis benigniorib⁹,
Rectóq; titulo possides.
Hoc laudis usq; contines, quòd nec tui
Fortuna mutet ingeni
Mores: nec interim grauis superbia
Diuexet unquam pectora.
Verum nihil non fragile sub cœlo, nihil
Non percaducum gentibus
Intelligis probè, sapis prudentior,
Spem ponis inq; his paruulam.
Sors cuncta uersat æquè, & impotens hera
Nutu regit quicquid fuit.
Hæc possidet magnos duces, & oppida,
Et nationes nobiles.

Ab usq; Bactris, ultimis q; Gadibus,
Huic sub iacent soli omnia.
Superba uirtutis tamen sub uiribus,
Proteruior præceps cadit.
Petuntur arua, diuites & insulæ,
Virtutis obliuiscitur.
Sic stulta gens mortalium sub dispari
Quærit decoro gloriam:
Decepta spe fallaci credit optima,
Quæ uanus orbis continet.
Hunc nobilem atq; diuitem tantum putat,
Cui sunt renidentes lares:
Vel qui suo quàm splendidè uult uiuere
Censu beatus dicitur.
Mundus quid est? cinis leuis, post quam fuit
Aufugerit spectaculum.
Fœlix mihi fiet satis, cui splendeat
Nomen perenni gloria,
Virtutibus, prudentia, uel ingeni
Sit comprobatum dotibus.
Qui rura patris excolit dulcissima,
Solutus omni fœnore,
Qui pectoris sui diuino munere
Viget, fideq; splendeat,
Et interim nihil uirtuti comparat,
Nil maius esse cogitat:
Nec fas, piumq; denegabit pauperi,
Sed æquitatem consulit.

Ter, quaterq; fœlix iusto iudice,
Hominibus, & gratus Deo.
Is mancipasti te bonis, ter nobilis
Heros: quid amplius cupis?
Quid te magis dignum inuenire quiueris?
Hæc uera sunt insignia,
Hoc stemmatis decus feres, dum uixeris,
Fouebis in tuo sinu:
Quàm digna laus genere tuo. Nunc macte, uiri
Virtute sunt nobiles.
Ergo beatus centies, & millies,
Tibi tuis q; diceris:
Qui tam tuis uirtutibus, quàm patriæ
Ex stirpe Baro natus es.
Verum quid ipsæ muneris mittant tibi,
Nostræ camœnæ cogitant.
Et quid laboris poßiet genus tuum
Maius facere uel clarius?
Nihil: tamen gratißimum arbitror fore,
Quod prodit ex fide intima:
Vel consonum est quidem sacratis literis,
Deiq; constat munere.
Quare tibi Samsonem heroa scripsimus,
Ex Bibliæ sumptum libris
Hunc offero, tibiq; commendo, simul
Bonisq; consulas rogo.
Idem rogant Musæ, sacro sub omine
Fatis moueri nesciæ.

PROLOGVS.



Tragœdiam ſpectatores
uam,
Quæſo ut benignis acc
ribus:
Quæ ſit licet per ſcen
Tamen ſub hac facie quis uidit antea?
Huic argumento hoc elogium quidem fuit,
Quod ſpiritu factum Dei ſit, quicquid eſt
Nunc uos uelim omnes æquo animo cogno
Indigna res ſit repetere quod eſt antea
Dictum. Mihi uidetur eſſe æquiſſimum,
Ex Bibliæ quod ſumitur libris, bene
In alteram formam nunc poſſé; redigi.
Nam ſi quis optat profanis uncumbere,
Terentij, uel ipſius Plauti legat,
Quas fabulas ſcripſere moribus ſuis.
Sed Chriſtianos perdecet primum è ſacris
Exempla morum, & uitæ normam diſcere
Vt imbibant Dei quæ ſint oracula,
Quid is uelit fieri cognoſcunt rectius:
Quæ ſunt uagi mundi ſequuntur omnia,
Porrò mihi facite rogo audientiam.
Turcas timent omnes per orbis terminos
Chriſti fideles, nec quenquam reſiſtere
Vel poſſe, uel cupere putant: ridiculum,
Quaſi Deus noſtri non amplius memor,

ri ſuos deperditum ſina: nihil,
Hoc Iſrael teſtatur non uno loco,
Quos unus atq; idem Deus pœna graui
Captiuitatis puniuit longiſſimæ,
Subiecit omni ſeruituti gentium,
Fame, ſiti, mulctauit peſtilentia,
Sed eſſe nunquam extinctos permiſit tamen:
Quin dextera leuauit fortitudinis.
Quantum fuere Samſonem ante iudicem
Paſſi Iſraelitæ: reliqua taceam modo.
Nonne eſt ſuos ultus tandem rectiſſimè
Samſonis unius ſub ſacris uiribus?
Etſi fuit captus, cæcus; redditus,
In morte plus tamen quàm uiuus, dat neci:
Philiſtæum quo noſcerent Deum Iſrael,
Quantus, quis, & quàm magnus defenſor ſui
Eſſet, periculo quorum, nec id leui,
Domus ruina teſtis eſt certiſſima.
Quare bonis ſperandum erit uiuentibus
Victoriam ſibi dari, ſed cœlitus
Contra hoſtium uires, Turcas; barbaros,
Quando Deo uiſum eſt: cuius ſententia
Et ſtant, cadunt; res mortalium.
Huius rei tibi fidem hiſtoria faciet
Samſonis. hanc ſi legeris, tum intelliges,
Quid amplius ſecum ferat Tragœdia.
Intelligatis, dabimus operam ſedulò.
Eſtis benigni: meritò amant uos cœlites.

PERI-

PERIOCHA.

Samson patri promißus antè filius,
Adultus, Iſraelis iudex factus eſt.
Maioribus uotis Philiſtijm manu
Sua uir omnium uincit fortiſſimus.
Ob hoc timor ſit hoſtibus, quos & cupit
Non uoce tantum, ſed factis ulciſcier.
Illi tamen referre par pari ſtudent.
Victoq; turpi amore, amica Dalila
Dat uerba, crines aufert intactos prius.
Ex hoc inermis, captus, oculos perdidit.
Is crine poſt dato, eſt iniuriæ memor,
Rapit domum, uertitq; funditus. uirum
Electa turba concidit, cum fœminis.

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Manue.

RESpexit omnipotens Deus me ſolum
Auxitq; dignitatem cum ſubſtantia
Ampla, ſuper quod eſt ſatis uitæ mihi
Perplurimos mihi dedit amicos, ſacrum
Connubium fecit, iunxitq; coniugem,
(Quod alterum fœlicitatis æſtimant
Gradum eſſe) qua non eſt in urbe hac pulchrior
Nam fœminas inter centum eminet ſcio:
Et quæ uiri ſit plus amans, nullam arbitror.
Hanc etiam ego contrà fouco, & amo quidem

Sed hoc mihi moleſtum erat primùm pati,
Sterilem diu abſq; prole mecum uiuere.
Quare rogaui, qui me exaudiuit, Deum.
Hic miſit Angelum ſuum, qui diceret,
Enaſciturum nobis eſſe filium,
At optimum, clarumq; fortitudine,
Hoſtes manu noſtros ſacra qui ſterneret
Philiſtijm. Sed iußit ante ſingula,
Monuitq; dicens, irraſas gerat comas
Suas, nec illas ferrum tangat: interim
Aquam bibat, ſtudeatq; temperantiæ.
Et ecce peperit uxor omni gaudio,
Natusq; filius, crines irraſus, à
Primo die uitæ uſq; in hodiernum, tenet:
Ergo Nazaræus dicitur, iuſſu Dei.
Samſon uocauimus: nam robuſtum ſonat
Hoc nomen. & ſucceſſit effectus quidem
Rei, quòd illo nemo uiuat fortior.
Procerus eſt, & ſtaturæ longiſſimæ.
Quid tibi Deus faciam contrà, quod gratum eat
Tuum ante conſpectum? nam ſanctitudine
Tua choros ſuperas cœlorum maximos,
Cuiusq; gloria per terrarum extenditur
Orbem, nec ullius gratiæ finis tuæ
Futurus eſt. Dixti, ſunt facta protinus
Omnia: nihil falſi ſub ore cernitur
Tuo. Deus ſpem confirma de filio
Noſtro, per hunc da liberetur Iſrael.

Ipſum

Ipsum super constituisti populum tuum,
Et iudicem facis, cuius manum rege,
Ac brachium salutare tuum porrige,
Opere iuua, uias illius protege.
Is filius tuus moritur ipsus tibi.
Respice, quod hostibus fuerimus subditi
Diu, nec ulla spes redemptionis est:
Nisi uelis ipse Deus omnium quidem
Protector, in te unum fortis sperantium.
Vide, malum fecit coram facie tua
Populus, ob id dedisti eos sub hostium
Manus quadraginta annis, tandem liberet.
Si tibi satis pœnæ est, per te fieri potest,
Vt eripiat à nobis hoc iugum graue
Samsonis (ipso te sancto duce) dextera.

SCENA II.

Aecara mater Samsonis. Nu
nue pater.

Salue uir, & quid tacitus hic obambulas
Solus? quid est? quia te diu expectauimus.
MA. Ego? mea uxor, nescis an ne, quantis nos
Diuina circumfulsit demum gratia?
Et filium dedit, animi cui sunt bona,
Nec alius est illi similis. Et nunc uide
Quo dignitatis sit gradu præ cæteris
Positus: super populum Dei iudex erit,
Super Israel primus, per quem spes maxima
Exoritur, & nec uos quicquam fefellerit.

Hic liberabit, duce Deo, graui iugo:
Aut ultus inimicos quietos reddere
Potest suos, in quo diuinus spiritus
Viget. Quis hæc fuisset ausus omnium
Optare, quod nostri Dei fit munere?
AEC. Hem mi uir, uxorem demus. spero fore
Nepotibus nostrum genus clarissimum.
Nunc quia tibi si erilis, anusq; sum nimis,
Is liberos pariet scio fœcundior:
Quod tecũ passim uicini admonent tui.
MA. Id ipse curabit. habet ætatem suam:
Quid conueniat, is optimè sibi consulet.
Fiat maritus, nec deest unde coniugem
Alat: potest, quando uolet. nolo tamen
Illi esse causa eius rei, cuius quidem
In posterum pœnitet multos. est magna res,
Deliberatione egens permaxima.
Nam quos Deus iunxit, homo nunquam segreget.
Et est parentum, liberos cogere nihil:
Præsertim ad hanc rem quod facit. nam uidimus,
Coacta connubia raro felicia.
AEC. Ita est: neq; ego porrò uelim, si denegat.
Rogabimus cuius sit animi, primitus.
Si denuò placet, tum habemus plurimas
Honestioris nominis puellulas,
Et demus illi quæ placeat oculis suis.
MA. Nunc ibimus. sed si quid ipsa intelliges,
Me diligenter admonebis proximè.

Festus

Festus dies futurus est in Thamnata,
Cras illò iter faciemus, unà filius
Ibit, regressi plura consultabimus:
Bene cogitata fortunet ter maximus.

SCENA III.

Eleasar. Heber.

Nunc exeo, uirum optimum Heber, &
Cupio alloqui uicinum, pauca conferens.
Et ecce quem uolo progressum conspicor.
Quid tam insolens, solusq; tam mane in
Præter tuos mores. HE. Euenit. ELE.
Huc dextram cedò, salue. HEB. Et tu
ELE. Nunquid, quod ipse iusseram, egis
HEB. Quid nam? puto Manue, causam
ELE. Istud quidem. HEB. Iamdudū ætatem
ELE. Quid is? HEB. Probauit, & laudauit
Tumq; insuper uobis peregit gratias
Et spero consore, ut daturus coniugem
Sit filio suo. nam quod dedimus modò,
Multum placet consilium. ELE. Industrium
Laudo nimis. fiat quæso quod optimum est
Pij parentes sunt, bonicq; nominis,
Rarissimæ famæ, Dei sub legibus
Studiosiusq; educti utriq; à parvulis,
Nec est mihi dubium, quin filium pari
Ratione doctum conati sunt reddere.
Spes magna patefit, nec me iam fallet scio.
Est temperans in omnibus rebus suis.

quis abstinentior cibi, potusq; sit,
ermo est in urbe tota nunc uiuentium.
aturus est propheta maximus Dei.
e uentre matris benedictus fuit angeli
erbis. Quis illum uincit fortitudine?
uperstes hic modo siet, spes Israel
rit: Philistiim odit, quantum uel potest.
E. Et ego Philistiim audio iam concuti,
Timere nonnihil subq; illo iudice?
Quoniam uident eum manu niti Dei,
Et spiritum eius secum in castris uiuere.
ndomita uirtus colitur eius, concauo
Narratur orbe quoq;, nec sat terræ patet
In illius laudes & fortitudinem.
L. Quis credidisset, ex sterili illa muliere,
Pulchra licet, talem utrum unquam nascier?
E. Idem obstigit Abraæ cum Sarai sua.
L. Euenit utrunq; quidem horum diuinitus.
E. Quid igitur esse faciendum censes in hac
Re? differemus' ne, uel maturabimus,
Negotium de uxore ducenda, modo
Quod deximus? quare utile quod est, consulas.
L. Quid ni iuuabimus, quantum nobis datur.
Pro uiribus facturus est, quæ uolo, scio,
Certe omnia, sed heus tu, profectus est nuper
In Thamnat, ad festum diem, nec est domi,
Parens; uterq;, & filius abiit simul.
Postquam redierit, alloquamur protinus,

Sententiamq; animi illis declarabimus.
HE. Recte mones. fiat igitur. Quid nunc
EL. Eo domũ. HE. Sed ego hinc eo ad
Nam me uocarunt arbitrum quidam bon
Viri, quibus de finibus lis est. Dabo
Operam lubens, uicini res tutarier
Decet: quod unum me uicinitas docet,
Quam ego propinqua parte amicitiæ
Sunt etenim alendi uicini quàm plurimum
Vbi euenit fame premi miserrima.
EL. Bene dicis. At si quid, domi ero. HE.

ACTVS SECVNDVS.

SCENA I.

Samson. Manue. Ac

A Vdio pater te tantopere rebus meis
Consulere, fiam ut tibi maritus proxime
Cupis, quod & mater iubet, cuncti uolunt
Cognati, amici, omnes quoq; necessarij,
Populusq; cunctus Israel. quid ipse ego
Id denegem: uotis satis faciam bonis:
Et coniugem cupio mihi, pulchram date.
MA. Multo omnium nunc me fortunatissi
Factum puto esse, gnate, cum te intelligo
Dignam facere modo tuo rem nomine,
Porroq; gratam maximè nostro Deo.
AE. Pol ego tibi dabo elegantem uirginem,
Quoniam quidem fili cupis, mihi credito.

A. Quam mater igitur das? AE. Vicini filiam.
A. Rufſam'ne? non possum, mea mater optima.
A. Quam'nã cupis tandẽ Samson fili. SA. Vide,
Cum tecum eram in Thamnat, uidi pulcherrimam
Et elegantem uirginem, ut suprà nihil,
Forma bona, succi plenam, suauissimi
Sermonis, atq; moribus perblandulam.
Mundus puellæ serta publicè gerit,
Et fronte detecta color rubens micat.
Hanc ego uolo, mihi hanc uxorem iungite.
MA. De gente uis aliena ducere coniugem?
Non inter Hebræos habes, quod sit satis?
Quid? perpetrare flagitij tantum cupis,
Vt sumeres uxorem ex inimicis tuis?
Quasi tuos inter nulla omnino foret,
Quæ te deceret uirgo, uel quam duceres.
Mosis Deus dixit, ne filijs suis
De gentibus daret uxores prorsus, ne si
Cum dijs fuissent fornicati, filios
Suos in alienos deos deducerent.
Facerentq; fornicari unà secum pios.
SA. Pater hanc uolo, nec dabitis aliam modo mihi,
Nec uiuit ulla quæ magis oculis meis
Placeat. sine igitur ducam eam, optime mi pater.
AE. Ah fili, oportet istuc quæso facere te?
Nunquid tibi deest mulier inter tuos
Fratres? & ex Philistijm uis coniugem
Habere, qui sunt incircumcisi, & malis

MA. Quod si uxor est ducēda tibi, ducta
Genere bono natam, claris parentibus:
Si modo uoles nobis consultum esse omnib
SA. Hanc expetiui, contigit, seruabosq;
Moresq; conueniunt: ualeat, quisquis talē
Discordiam inter nos. ferox mors auferet.
Alius quidem nemo. per unum quoq; Deum
Iuro, hanc eam me deserere nullo modo,
Non si sciam capiundos inimicos mihi
Omnes amicos. accepi, acceptam uolo.
Quare pater, si poterit fieri ut des eam
Mihi, placet: sin minus, ego ducam tamen.
MA. Aetatem habes: quid tibi prosit, mo
Forsan quàm ego. si adeò uis, fiat, ducito:
Ne me tamen caussam fuisse póst putes:
A' me procul uolo remotam maximè
Culpam hanc. SA. Periculo nullo fiet tuo.
Nescis pater, quid sibi uelit connubium
Hoc. Me nihil fallax mouet Philistijm
Religio, nec deos illorum percolo:
Tantum uolo uxorem, & ducam planissim
MA. In pace uade gnate mi: quod est bonu
Videbiturq; Deo, is faciat ut sibi placet
Tecum. tamen primùm uide, quid ipse agis.
Difficilis est res, qua non est alia magis.
Nam quid calamitosius est, obsecro, uiro,
Quàm non potiri socia fida coniuge?
Credas quibus res hæc forsan male cesserit.

foris, domiq; sunt nunquam boni,
ed semper infortunati, atq; perditi.
deoq; muliere nullum damnum uir mala
Latius potest habere, moderata nihil
Melius: id ô fili antè tecum conputa.
Quando maritus uxorem ducit domum,
Non accipit solum, ut uidetur, coniugem,
Sed aut bonam sociam, aut sibi contrariam.
Malum mulieres sunt omnes, & singulæ:
Verùm sine hoc malo inhabitare non licet
Domum, nec est tutum, nec ualde conuenit.
Quicunq; nuptias sibi fato malo,
Non destinatas ambiunt, frustra illi agunt.
Res sunt duæ ducturo uxorem maximè
Considerandæ: facies, & mores boni.
Namq; hæc duo inter sese beneuolentiam
Alunt profectò mutuam seruantq; eam.
Adhuc iuuenis es, & forsan succi optimi
Aetatis illa: conuenietis igitur in hoc,
Quó nam potest modo melius uobis quidem
Fieri, uoluntas si par uobis iungitur?
Inimicare mulieri prorsus est senex.
Incommoda quoq; uxor iuuenis uiro seni.
Et filias nunc elocare uirgines
Aetate conuenit, matres prudentia.
Hæc est tuæ uitæ futura particeps,
Dum uiuitis superstites fœliciter.
Et gloriantes diuitijs, genereq; uiros,

Mulier domi stulta infames omnes facit.
Magnum satis regnum est marito, liberis
Et uxor optimorum morum cognita.
Virtutis est penu, generosa femina.
Primũ ad salutem est, quando uxor mala
Dissentit: optimus consensus demiq;
Si uterq; coniunx seruat temperantiam.
Melius, bene educatam uxorem ducere
Sine dote: quàm uel cum pecunijs, malè
Virtutibus, non forma, oblectantur uiri.
Hæc omnia prius fili mi considera,
Quàm uel tibi ducas uxorem, suadeo.
De gente præsertim aliena. graue est iugum
Quod non facile collo excuties postea.
SA. Faciam pater mi, & spero mihi co
MA. Deus quod incœptas, fortunet optim
SA. Abeo, ualete pariter, mater & pater.

SCENA II.

Eleasar. Manue. P

LVceßit, hoc iam cesso pultare ostium.
Manue mei uicini, & optimi uiri?
Nam uideo miserum hunc tam excruciat
Ex filij discessu, consolarier
Oportet: & senex quod potero, iuuo sen
Vt cæteros amicis atq; æqualibus
Suis uideo seruire sub negotijs,
Ita & senes est æquum senibus obsequi.
MA. Aut ego profectò ingenio ualde ad

m natue, aut illud falsum est quod audio
ci, diem adimere ægritudinem hominibus.
am mihi quidem quotidie augescit nunc magis
e filio ægritudo: & quanto diutius
hest, magis tanto timeo, ne quid mali
at. quid animus mihi meus præsagiat
am, nescio: nam nuptias istas nimis
horreo, fugio, deuoueo miris modis.
EL. Et hunc foràs egressum uideo, colloquar.
Manue, salutis plurimum tibi precor.
MA. Bona tibi salus Eleasar, tam manè quid?
EL. Nihil, nisi quod te conuentum uoluerim.
Quæso, quid aut quæris tibi, quid'ue niceras
Vilam tuam, quoniam nihil te respicis,
Nihil remittis quoq; laboris, iam senex:
Hæc non uoluptati esse, satis certò scio,
Omnia facisq; præter ætatem tuam.
Si quid laboris, nolim: si quid est mali,
Dic obsecro, consilio ego, aut re iuuero.
MA. Hem, filium unicum mihi adolescentulum
Scis esse: nunc habeam, nec ne, incertum est quidè.
EL. Quid istud est? ego non intelligo. MA. Scies,
Quem iudicem constituistis populi Israel,
Nosti, regitq; iam diu feliciter,
Rebusq; gestis optimè uiuit, sine
Vxore longo cœlebs, ut scis, tempore.
Nunc quia opus esset uxore, ut dem cogito:
Et quam darem elegi, is sibi aliam quærit at

Ex gente peregrina, incircumcisa quidem
De filiabus illorum Philistijm.
Dolet, quasi nulla hic in Israel foret
Quæ nuberet sibi. imò forsan pulchrior
Fuisset inuenta. at quid tibi dicam: hoc uix
EL. Non est uiri fortis, tam ferre duriter
Aduersa quæ sunt aliquando. quin cogita
Potius Dei uoluntate fieri. uides
Nos iam Philistijm captiuos subijci,
Iugum ferentes illorum grauissimum.
Quærit igitur Deus, quo pacto ulciscier
Eos queat tandem. quod nunc per filium
Poterit tuum facere quàm commodissimè.
Nescio quid animus maius, & solito amplius
Sperat, magistratum sub filij tui.
Facis, quasi id non factum sit quoq; antea.
Quod si ita Deo uisum fuit, quid mussitas?
Quum tu, neq; ille eius quicquam sententiæ
Mutare positis, melius sperabitis.
Deo datus tibi est, rerumq; temperans,
Virtutis unicum decus, quo nullus est
Magis hominum modò qui uiuunt fortior.
Deus comes futurus illi est, credito:
Quicquid aget, ipse diriget manu sua.
MA. Bene dicis. at quærebam primum conig
De gente nostra sancta, quam conugerem.
Narrant amicis consilium multis meum,
Quid animi erat, dixi. laudarunt hi quidem

no ore filium: beatumq; esse me
uxere singuli, qui haberem filium
oc præditum ingenio, quo sibimet consulat.
filio sapienter factum prædicant:
si sluluus ego sum, uel Deo fidens minus.
L. Manue rogo, audisti dic mihi unquam antea,
opulentiores pauperiorum filias
ucere domum, uel indotatas maximè,
t sepius felicius procedere?
Quid si modo hanc ducit quam filius cupit,
Mator data est occasio contra suos
Hostes Philistijm. faciet ut rem malam
Retinant. minore nos uiuemus postea
Timore, iudex dum nostram ille iniuriam
Vlciscier potest sacra sub dextera.
Hac subdet inimicos, nobis ut seruiant,
Quemadmodum nos illis longo tempore.
Bono iubeo sis animo, quoniam nunc uenit
Optata forsan plurimis bonis dies.
Posthac id etiam quod nescis, resciueris.
MA. Bene me mones, igitur facere certum est ita.
EL. Heus tu, forum qui frustra circuis modo,
Habere melius prandium dari decet,
Fortasse enim iam filius tuus aduenit.
MA. Ita faciam. Salutigerulus obuiam
Prodit puer, quid sit spectabis paululum.
P. V. Here mi domum redi, uenit tibi filius,
Diluculo eras summo discessurus est.

MA. Quid filius redit? PV. Sic est. MA. Eia
Nimis uidere cupio. quid tu nunc agis?
EL. Oportet hunc rogare uicinum meum
Sit aduocatus mihi: quanquam dudum
Præsto esse apud me cogito, uisam tamen

SCENA III.

Samson.

QVid? enecant, dum sanctas nuptias
Student facere, mater paterq; iam diem
In apparando consumpsere protinus:
Nec dumq; eunt, quando isse dudum op
In crastinum dictæ diem sunt nuptiæ:
Non hic, sed in Thamnata fiant postulo.
Venio uocare saltem amicos proximos,
Festum diem sua celebrent præsentia.
Et ire cras uterq; promisit parens
Mecum, licet senes ambo sunt, tamen
O me quis omnium uiuit felicior,
Cui tam secundæ res sient de nuptijs
Nihil pater mutat, nec ipsa mater est
Irata mihi: saluus sum, nemo hercle
Porrò pater descendet, & conuiuium
Faciet meæ sponsæ, sicut mos iusserit.
Quid nunc noui dicam? mirabilia nimis.
Et ecce cum primum descendi comitibus
Parentibus meis, occurrit mihi leo
Rugiens aperto, furibundusq; guttur,
Animosus, audax, & rabidus omni modo.

Hunc ubi uideo, quid ego inermis? stans quid uelut
Expecto, mox in me iratus, frendens ruit.
Quem ego manu arripio, statimq; suffoco.
Non hic opus erat armis, nec gladio quidem:
Armatus armaturæ uir multum grauis,
Est seruus armorum, quæ fert, & alteri.
Hic ille mortuus leo manibus meis
Lacer. nec id cuiquam dico, taceo quidem,
Etiam nec mihi tribuo, sed unico Deo:
Cuius potentia magna feci omnia.
Post quam redeo, uidere accedo gestiens
Cadaver hoc, ibi mellis dulcissimi
Examen sub ore eius, quem fecerunt apes,
Inuenio, tres fauos mihi capio statim,
Meæ puellæ detuli, dono dedi,
Cum cæteris sponsalitijs donis nouis:
Quæ cuncta suscepit, summeq; diligit
Me. Denuò quis uiuit fortunatior?
Deus potestatem suam ostendit sacram
In me, quod hæc subitò congruerint commoda.
Nunc in uado omnis res erit, una fit domus,
Vxor patri se commendabit unicè.
Hoc gaudium perpetuum sit, faxit Deus.
Sed ne mihi ipsi sim mora, intrò nunc eo:
Quo sese itineri accingant, curabo probè.

SCENA

SCENA IIII.

Agrypnus. Iabis. Micha. Samson. Puer.

Scitis futuras hic Sampsonis nuptias
Cras, iudicis super Israel fortissimi:
Quare timendum, ne nos possit fallere,
Et turpiter neci det fallacissimus.
Igitur quid hic agendum sit, uos dicite.

IA. Recte mones: nam scimus omnes Israe-
Populos grauiter infensos nobis omnibus,
Quod tam diu nostrum iugum ferant grau-
Hocq; duce forsan quo se pacto liberent,
Quærunt. malus animus quidem, mala cup-

MI. Verum est quod hic dicit, quid fieri
Is nunc apud nos semper permansurus est.
Propter nouam sponsam, simulq; coniugem
Suam: profectò si potest, dabit malum.

AG. Iungamus illi triginta iuuenes bonos,
Fortesq;, sermonis comites, ut interim
Hi diligenter obseruent sponsum, ne quid
Iniquius uel tentet, uel committere
Præsumat: est enim mentis non fractæ homo.

MI. Sed aduocandus est, prius quàm fiat hoc
Ne quid mali forsan putet fieri sibi,
Iramq; factum permoueat ei nimis,
Et inde se ulcisci pro tanta iniuria
Volet: scio quod ira pietatem fugat.
Homo est malorum contemptor, cui nil mor-

Adeo

uersitas: uirtus eius quiduis premit.
ortis metus nullus ei inest: fortis animus
ominatur omni fortunæ, etsi pessimæ.
ecogitatis finis felicissimus.
roin quid est: nunc tempus & spacium date:
Quod ratio nequit, sæpe sanauit mora.
G. Nulla mora est opus, ubi uult necessitas.
abimus, quid dicat audiendum erit.
uenes uolo custodes esse corporis
Nostri, simul populi tanti Philistijm.
bi Micha, illos conuoca, redi cito,
Adducito: nam tempus instans postulat.
Sed ecce pergit huc Samson, qui nunc redit.

A. Vos ô uiri saluete plurimum: quid est?
In nuptijs mihi hospites eritis meis?

G. Quid ni? sed heus Samson, uides omnes senes
Nos esse, nec te illa oblectarier scio
Aetate: quare triginta iuuenes tibi
Socios dabimus, hi cunctorum iuices gerent,
Tecumq; erunt omni loco, omni tempore,
Sub nuptijs: his finitis, si uis, quoq;.

A. Placet uiri, ubi nam sunt illi? huc mihi date.

G. Adsunt, uiden' quos secum deduxit Micha?

I. Hi sunt tuarum nuptiarum seduli
Socij, tibiq; seruient quantum uoles.

V. Parata iam sunt omnia intus, sponse duc
Intrò uiros. nam uos expectant singuli.

A. Præite uos: statim sequemur ordine.

SCENA

SCENA V.

Samson. Grex triginta sodalium.

VEnite iucundissimi socij mei,
Vobis ego, si modo placent, ænigmata
Propono. primum si diebus maximis
Septem mihi solueritis, uobis syndones
Triginta, & itidem tunicas tot dabo bonas
Sed si minus solueritis, dabitis mihi.
Intelligam saltem uestram sapientiam,
Cum gloria prudentiæ, lucrum graue,
Et possidebitis simul uictoriam.

PRIMVS SODALIVM. Propone p[illegible]
tuum, quid est noui?

SA. Qui cuncta deuorat, suauem genuit c[illegible]
Licet nimis sit ipse insuauis omnibus.
Hoc si mihi dies per septem soluitis
Conuiuij, dabo quod promissum fuit.
Quare quid omnes poßitis, uigilabitis.

PRIMVS SODALIVM. Tentabimus [illegible]
bus, quanquam graue est:
Tamen adeò difficile nil, quin facile sit
Quærendo, quiduis uincit improbus labor
Nullus etiam socors, celebris quidem, uir est
Labore sæpius parta est generositas.
2. Omnes laborantem pariter Dei adiuuant
Quæsita quoq; tandem inuenimus omnia p[illegible]
3. Industria & labore prenduntur bona.

[illegible]icunt enim Sophi, cura sapientiam
[illegible]t plurimum indigere, tanquam maximo.
[illegible]. Quod quæritur, comprehendi facile potest:
[illegible]ffugiet autem, quod tantum non quæritur.
[illegible]. Quæ pulchra sunt, infinitis laboribus
Poßunt parari, sordescunt ex ocio.
5. Labore præcedente uendunt omnia
Bona dij, nec ulli quicquam denegant boni.
7. Subiecta mundi cuncta diligentiæ.
8. Stillante gutta desuper, durus lapis
Cauatur in scißuram altißimam quidem.
9. Plus diligens uiro tribuit industria,
Quàm uel bonum ingeniũ, aut fortunæ æqualitas.
10. Fit sedulus labor per consuetudinem
Se leuior ipso, & circa finem dulcior.
11. Eas uoluptates uenari nos decet,
Quæ uel labore consequuntur optimæ.
12. Exercitatione plures sunt boni,
Quàm reddit aliquando naturæ puritas.
13. Iuuenem labores effugere, res est mala,
Imò omnium rerum quidem turpißima.
14. Res nulla magna sine labore prouenit.
15. Necessum erit laboret, qui felix cupit
Fieri, nihil stertenti collocabitur.
16. Qui gloriosam laudem consequi uelit,
Oportet illum esse deditum laboribus.
17. Nulla ratio effecti prorsus laboris est:
Namq; est suimet certum uirtus præmium.

Iucunda

18. Iucunda præteriti laboris memoria.
19. Quid hæsitamus? quia laboranti nihil
Negatur: & quicquid cupit, statim euenit.
20. Virtutis omnis laus sub actione stat.
21. Labore, non uerbis, opus fuerit quidem,
Aenigma quisquis rectè nostrûm soluerit.
22. Iocundus est labor, quem quis lubens fa
23. Nec solicitus ero soluendo ænigmate,
Si modo laboris nil tædebit, nec piget.
SA. Tentate, propositum uictori est præm
Et maius hoc, laudis perennis gloria.
24. Industriam durus uincet nostram labo
25. Iustus labor dignus cunctis honoribus,
Et præmijs decoratur ornatissimè.
26. Nil sine labore maximo mortalibus
Natura solers, uitæq; ratio dedit.
27. Laboribus nihil parcamus, dummodo
Solui queat, ne nos deceptos iudicet.
28. Nullum laborem uincet cogitatio,
Problema donec ueritate soluimus.
29. Grauiora passi quondam, dij soluent sc
30. Igitur sodales cogitate singuli,
Vsq; in diem, qui dictus nobis, septimum:
Nam parua res, parum deliberabimus.
SA. Vel tu quidem solus diuinabis probè.
Porrò tibiq; factu facile hoc est, quia
Deo uolente nauigas uel uimine.

ACT

ACTVS TERTII,

SCENA I.

Thamnatis sponsa. Grex sodalium.

Quid uultis ô adolescentes mei intimi,
Quod me uocastis, serium est quiddam, foras?
SO. Audi, tuum nunc officium age, respice
Tuos amicos, libera graui metu.
Problema nosti, uir quod soluendum dedit,
Id quia modo nullo detur dissoluere.
Et sexta nunc dies, unus tantum est super.
Blandire molliter uiro, ut nosti, tuo,
Vt is tibi dicat certum, quale hoc siet:
Porro id statim subindica nobis tuis.
Quod si recusas, continuò teq; & domum
Prorsus tuam incendemus igni torrido.
At si per unam te rei sit ueritas
Patefacta, gratiam parabis tibi bonam:
Quoniam potes facilè. tuum audere est nefas.
THA. Noui probè, quo pacto tractandus siet.
Hac nocte cum dormire mecum aduenerit,
Rogabo primum amoris signum ænigmate
Ostendat. ille uix, scio, mihi denegat:
Et si me amabit, hoc dicturus est statim.
SO. Eas igitur, fortuna te comitabitur.
Non est mihi dubium, quin uincat callidè
Mentem uiri. nam mulierum blanditias

C Nostis,

Noſtis, quòd imperitæ in rebus ſint bonis.
Verum omnium malorum opifices opimæ.
Quæ ſi parum cauſſæ ad dicendum inuenerit,
Addunt alia: quoniam nihil ſani loqui,
Mulieribus uoluptas eſt ter maxima.
2. SO. Omnia ſcio tentabit: aſtuta eſt nimis.
Cur non faceret? ex noſtri generis femina
Prognata circumciſum cur amet uirum?
3. SO. Cras liberabit illa nos, certò ſcio.

SCENA II.

Micha.

Nihil profectò uidi unquam mage ſplendi
Omnia uoluptatis ſunt hic pleniſſima.
Tum ſponſus Hebræus uirum fortiſſimus,
Vitæ grauis, morum integérq;, temperans,
Qui nec cibi, nec uini multum eſt appetens,
Modeſtus omni re, loquitur parciſſimè.
Quare timeo, ne nobis uictor ſufferat
Super Iſrael iuris quod iam diu fuit.
Niſi ex amore ſponſæ uictus deſinat:
Non uincitur nec uiribus, nec artibus.
Et is triumphat ſeriò pro ænigmate,
Quod non ſibi ſolui putat certiſſimus.
Quanta elocutione noſtris præualet:
Quicquid ſemel cœpit, ſapienter dicitur.
Prudens animus eius, ſermo conſtans quidem.
Aſtutus eſt, catus, quantiuis precij.
Imò nihil ſupra, quid dicam neſcio.

Ipſa ſponſa noua uenit. miror quid eſt.
Rem uidebo, & huc parum conceſſero.

SCENA III.

Thamnatis ſponſa. Puer. Grex
30. ſodalium. Samſon.

Heus heus puer, ſponſi uoca comites mei.
Rogito quid hic ceſſas: mox perge. EAS. P V. EO.
Quid hoc? quid eſt boni? bonum adfero
Nec dubio, ſed ceſſo pultare has fores? (MA.
SA. Quis hic? P V. Vocat uos Samſonis cõiunx no
Venite mecum, expectat illic ſedula.
30. IMUS. Quid ipſa uult, niſi iam problema ſcit?
TH A. Audite amici, quid uelim. uici uirum
Lachrymis meis, quanquam negaret ſæpius:
Victus tamen, ſoluit nodum problematis
Mihi, mihiq; dixit illud quale ſit,
Amoris ergò: quod uobis dicam modò. (MA.
30. Hem mea. quid eſt? dic uerũ, bene facis opti-
TH A. Primum uidete Samſon quid nam fecerit.
Manu leonem diſcerpſit. poſt, hæc abit:
Deinde mox rediens, ſub ore eius nouum
Favum inuenit, mellis plenum dulciſſimi.
Hic eſt cibus ſuauis, quem protulit leo
Ferus, animalium omnium inſuauiſſimus.
Hunc uos poteſtis hoc problema ſoluere.
Verum ne me dixiſſe quiſquam proferat,
Cauendum erit. dixi, facite quod iuſseram.
30. Adeſt dies hic ſeptimus, tempus iubet

Aenigma solui Samsonis, uocabimus
Eum foràs. Abi, dic præsto nos fore.
3. SOD. Heus Samson, huc prodi, tibi si mo
SAM. Quis me cupit? uos nunc ænigma
3. SOD. Volumus quidem. SAM. Dicite
Dic tu, nosti optimè.
1. SOD. Neq; est Leone quicquam insu
Nec dulcius aliud melle est utentibus.
SAM. Nec quicquã aliud est muliere hac
Quæ nunc meũ exposuit uerbũ, & sens
Mulier, dedit natura cui pronum malo
Animum, ad nocendum pectus instruxit
Soluam tamen promissa crastina die.
Vos ite modò domum, cras siquidem ha
Si non arassetis cumq; hac uitula mea,
Non inuenire potuissetis (credite)
Aenigma magnum, & insolubile nimium.
Vos facinus ingens ausos? assumpta in sce
Consorte nostri perfidi facti tori.
Grauißimum fit coniugis nefas meæ,
Iusq; omne pereat: non sit à uestris malis
Immune cœlum, cum micant stellæ polo,
Phœbusq; seruat debitum mundo decus.
Nox atra fiat, excidat cœlo dies:
Misceo penates, odia, cædes, funera.
Excede pietas, si modo in nostra domo
Vnquam fuisti dira furiarum cohors,
Discorsq; Erinnys ueniat, & geminas faces

egæra quatiens. non satis magno meum
rdet furore pectus, impleri iuuat
rauiore monstro, neq; id inultum perferent.
ullum relinquam facinus, & nullum est satis
errum, nec ignis, mille scelera cogito,
unquam meus cessabit in pœnas furor,
rescetq; semper uindictæ studium mihi:
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides
Nulla mihi erit, facere licebit omnia.
Odi mulieres, te uerò nunc maximè:
Quæ quando cogitas malum, quodq; loqueris
Blande mihi, scelesta te quæ nam magis
Viuit? miser, nunc demum sentio scelus.
Metuenda mulier est uehementer, & statim
Verbis benignis si utitur: nam decipit
Virum, nec ullius manet fidei memor.
Nunc quanta mens insit mulierum pectori,
Noui, atq; sum probe expertus damno meo.
Quisquis mulieribus credit, is & furibus
Credit, uel impostoribus prauissimis.
Non impudentius animal muliere fit.
Rarum est beneficium mulieris improbæ.
Ex hac facio coniecturam, miser, mea.
Quàm blanda finxit ore mendacißimo,
Donec quod ænigma esset, perdidicit probè.
Serum est cauendi tempus in medijs malis.
Abibo mox Ascalonem, quos opprimam
Noui uiros. feram tunicas, & syndones,

Quibus satisfaciam, atq; promissis stabo.
Sed non abibunt odia, uiuaces aget
Violentus iras animus, & sæuus dolor
Aeterna bella pace sublata geret.
Quid bella? quicquid horrendum tellus
Quicquid uel ipse pontus, aut aer tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,
Huic inferam domui quidem Philistiim.

SCENA IIII.

Micha. Samson. Thamar.

Quid sit futurum, nonne dudum dixim
Samson uiros triginta iam neci dedit,
Tunicasq; syndones illorum sustulit.
Illis eas, quibus nam debuit, dedit.
Quid porrò fiat nescio: non desinet
Vlcisci suos inimicos, quàm diu
Viuit. Sed ecce portans hœdum huc adue
Hinc ego procul discedam, me hoc in tem
Nolo uideat, animus dum irritatus nimi
Est eius. optime quidem discessero.
SAM. Heus heus quis huc prodit? nemo
Vbi est mea uxor? quis nam respondet
THAM. Quid est? redire te nunquam
Quare dedi cognato coniugem suo.
At si sororem illius uis, dabo tibi.
SAM. Nolo. Quia hoc feci stis, & contem
Me simul, ab hac die nulla in me culpa cri
Quantum potest, odio tantum te prosequ

Mulier fefelliſti fidem, dico, meam.
Hanc ecce tibi renuncio, diuortij
Libellum, nec te dicam coniugem
Vix tempero animo, uix dolor frenos capit:
Vlciſcar omne ſcelus, & inceſtam domum
Meam, & pœnates impio Marte obteram,
Ne poſt ſuperba ferat caput faſtu graui,
Contra Philiſtiim quod poſſum fecero,
Sanctis mala inferam: atq; donec uixero,
Ero memor contra uos tantæ iniuriæ.
Poſthac uidebitis Samſon quid poſſiet.

SCENA V.

Eleaſar. Ioachim. Heber. Nunc
cius. Præco Philiſteus.

Neſcitis ô uiri, quid Samſon fecerit
Contra Philiſtiim? qui nobis imperant,
Quorumq; ſubditi ſumus. nec cogitat
Quid inde fiat Iſrael periculi,
Sathem ſuæ faciat ſatis libidini:
Rectum, bonum, prauum ue ſit, nihil putat.
Quid nam uidetur ſubſequi uobis boni?
IO. Timeo miſerè. nam nuncium audio malum,
Omnes in armis eſſe prædicant palàm.
HE. Libet ire contrà. fortuna ignauos premit:
Nunquam poteſt non eſſe uirtuti locus.
IO. Quid dicat hic prius audiamus nuncium.
Huc pergit, ille eſt quem dixi uobis modò.

NV. Audite patres, quid nam designauerit
Samson, scelere nouo fecit se nobilem.
Vulpes feras cepit trecentas pessimus,
Et lampades ardentes caudis singulis
Affixit, & binas coniunxit firmiter,
Quas postea immisit sub messes hostium
Philistijm: depopulatus q; omnes agros,
Exussit omnium fructus, inq; nihilum
Redegit arua: quare nunc armati eunt
Contra Israel, uindictam pro tanto malo
Cupiunt. Quis est qui liberet, nemo potest.
En castra ponunt sub Lechi modo sua,
Vestrûm quidem oppugnantes urbem prodi
Quid uos? nihil potestis prorsus: actum est
Quando suum præconem huc ad uos miserunt
Consulite quid respondendum hostibus sit.
Velitis aut pugnare, aut illis cedere.
Vestra est salus posita in magno periculo.
Ipsi sibi uide pepercerunt nihil.
Nam qui dedit causam mali, Thamnatæum
Socerum eius, atq; filiam, simul domum
Illius igni combussere funditus.
Quid fiat hinc de nobis, diuinabitis.

IO. Vbi est, ubi Samson latet? dic optime.

NV. Sub Ethen (hoc est saxum ualde altissimum)
Habitat, locus munitus, & tutissimus,
Nec uinciur ui, robore expenso tumet,
Et posse cœlum uiribus uinci docet

tis, agendo subdet & cunctos sibi:
Nec flexit humeros molis immensæ labor,
Aut uiribus quæsiuit ad superos uiam.
Quod cum uiderem, me quoq; inuasit timor.
EL. Audin procul clangentium belli tubam?
Præconis hoc signum est, portas mox claudite,
Hinc obuiam ibimus. quid nam, dicat, uelit.
PRAE. Quos ubi estis Israelitæ uiri?
EL. Quare uenitis huc deperdendum pios?
Numquid sumus serui Philistijm antea?
Quid nunc mali peccauimus? quin parcite.
PRAE. Ligare Samsonem hostem nostrũ uenimus.
Reddamus illi quæq; in nos operatus est,
Profecta quærunt odia uindictæ locum.
EL. Culpa est, uiri, Samsonis tota iudicis.
Samson petatur, solus is pœnas luat
Quas debet, à nobis leuate iniuriam.
PRAE. Date ergo Samsonẽ in nostras captũ manus.
EL. Ibi sumus, faciemus hoc. dic modò tuis
Vt paululum expectent, nec quicquam ausi sient
Agere, prius quam uerbis præstetur fides.
Captum dabimus illum uobis: quid amplius
Fieri potest, uoti dum sitis compotes?
PRAE. Satis quidem. namq; hoc pacto seruabitis
Et liberos uestros, uos atq; coniuges.
EL. Luuis est dolor, qui capere consilium potest.
Abi igitur hinc tu Ioachim cum militum

Forti manu, captumq; Samsonem statim
Philistijm potestati traducito:
Ex quo sibi pœnam sumant, quam modo
Neq; est necessum, ob unius culpam luant
Et cæteri pœnas: uideat quid fecerit.

SCENA VI.

Samson. Ioachim. Palestinus exercitus.

Prodi tuorum ciuium, Samson, mala
Reiq; publicæ pernicies. ubi lates?
SAM. Quid est, mei ciues? quid his armis
IO. Nescis Palestinos habere in Israel
Ius imperij? SAM. Scio. IO. Cur ergo mo
Segetes eorum incendis? SAM. Par retulit
IO. Vinctum modò te demus illis, uenimus.
SAM. Siquidem mihi uiolentas non ferit
Viuumq; traditis, ligate, abducite.
IO. Fidem damus: nam sic uolunt, sic cons
Inter tuos inimicos, & populum Israel.
PA. Adducitur capitalis hostis Samson hic
Nunquam effugiet, ulciscendi tempus datu
Venite, sumamus uindictam de uiro.
Irruimus in eum, quid mora facit hec uir
Nunc nunc tibi finis uitæ instabit tuæ.
SAM. Si quid animi est, agite, uincta me ess
PA. Perimus, abrumpit laqueos, & uincu
SAM. Disrumpite laquei, comites discedite
Procul. nihil mihi est opus præsentis

Vestra, impios hostes Dei mox conteram.
Perge ira, perge, & magna meditantes preme.
Congredere, manibus ipse iam lacera tuis.
Nil arma moror, hac maxilla pugnauero.
Huc si quid, huc uenite, detestabilis
Cohors, & impios tuos animos age.
Certetur omni ui, nunc altera uice
Stringantur enses, nec sit irarum modus,
Pudor ue, mentes cæcus instiget furor.
En fortitudo sub manu Domini Dei.
Vos ipse conteret. Iacet pars maxima.
Et signifer cecidit, dux ipse exercitus
Perijt. Viri cecidere mille, & amplius.
Domine Deus, qui in maxilla asini tot uiros
Percusseris Palestinos, dextræ tuæ
Opus fuit, quod in manu uictoriam
Serui tui dedisti, tibi sit gratia.
En nunc siti morior. sitio præter modum,
In intimis mihi incensum flagrat siti
Cor, & perustis flamma uisceribus micat.
Nunc in Palestinorum deuenio manus,
Quòd me nec amplius possim defendere,
Nisi bibere des, & restinguas modo sitim.
Sed ecce de maxilla surgit fons aquæ,
Bibam. bona est, heus quàm dulcis potus aqua.
Domini est opus, iam spiritus redit mihi.
In me uigent uires totus corporis.

Huic

Huic sit loco ex maxilla nomen inditum
Perenniter. Sed ego modò discesero.
Patefacta forti mihi manu retro uia est,
Et membra diræ mortis in aperto iacent
Campo. quis hæc terr.æ mandet, curo nihil.
Ego triumphabo superbifica manu:
Sed in Dei mei uiuentis gloriam.

ACTVS QVARTI,

SCENA I.

Samson.

Cum fortefortuna nuper fecissem iter,
Gazam usq; perueni, oppidum perelegans,
Vbi puellam uidi forma non mala,
Vultu modesto, quæ iam cœperat oculis
Placere nimis. accessi, dormiuiq; ibi.
Sed principes Gazæ edocti præsentiam
Meam, urbis omnes clausserunt portas suæ,
Ne quò liceret uel discedere clanculum.
Custodibus mandarunt, seruarent uias,
Et exeuntem uinculis me traderent.
Hoc ego tamen præsentiens, portæ fores
Vi sustuli, totoq; solui cardine,
Sub noctis intempestæ tacito tempore
Exiui, & id prorsus sciente nemine.
Has nunc in Hebron montem mecum deferam,
Quo me mali incircumcisi pernoscere
Possint, quis & quantus sim gratia Dei.

Quod si sit, in uallem Soreth quàm proximè
Ad Dalilam ibo, amatam candidè mihi.
Hæc etenim erit quæ nunc oculis placeat meis,
Mulier diserta, moribus blandissimis,
Et plena succi, flos ætatis optimæ.

SCENA II.

Dalila. Principes Philistinorum.

Expecto Samsonem meum, qui se quidem
Promiserat uenturum præsenti die,
Hodie. quid ergo cesset tantum, nescio,
Prodire sub forum lubet. num conspicer
Venientem eum: nusquam est, nec quẽ rogem scio.
Quare domum redeo rectà, quod optimum est.
Ibi mihi expectandus est amasius
Meus. nam amore uictus, non morabitur
Diu, uirûm quotquot uiuunt fortissimus.
PRI. Heus Dalila, expecta, est quod dicamus tibi.
DA. O principes uiri quid est? dicite mihi,
Facite sciam. uotis uestris non deero.
PRI. Taciturnitate, tuaq; nobis est fide
Ad hanc rem opus, quam nunc omnes parauimus:
Nec pœnitet nostris seruisse commodis
Te. seruum est, auscultæ paucis quid uelim.
DA. Quin dicitis quid sit? quod iusseritis, ego
Faciam, nec ulla me tenet excusatio.
PRI. Habes' ne Samsonem tuis in ædibus,
Istum Israelis iudicem? nosti bene.

DA. Non ô uiri, sed ipsum expecto hoc uelit
Quoniam sub hac se nocte uenturum mihi
Promisit. & ueniet, non me fallit scio.
PRIN. Si uenerit, primum tibi dicat, rogo
Quæ fortitudinis suæ sit maxima
Causa, aut ubi potissimum tantum gerat.
Et quo modo uinci queat, quibus artibus
Frangantur eius uires tantæ corporis.
Quod si facis, docesq; nos illud tuos,
Argenteos tibi mille centum soluimus.
DAL. Ne mihi tamen fraudi fiat, curabitis.
PRIN. Tu sine metu uiues. procul periculum
Hoc expedi modò, quod postulauimus:
Et non negabit ille, tui charissimus:
Si te quidem unquam amauerit recte & fo
DA. Amat, scio, me non solum, sed deperi
Quare negare nil mihi quicquam potest.
Verum uolo statim uos animaduertere,
Clam sub meo tecto noctu uigilabitis
Cum dormit, ipsa quando uos uocauero
Adsitis armati, capite, & abducite.
Pecuniæ summam tamen numerabitis.
PRIN. Bona fide promittimus, si nos tamen
Nihil fefelleris: quod est dictum, fiet.
DAL. Ego? nisi mihi Samson (quod nunquam
Credo) daturus uerba sit, quin firmiter
Stabo quidem promissis omnibus meis.

SCENA III.

Samson. Dalila. Abra.

NVnc forsitan mea Dalila male cogitat,
Me odisse se, quòd absim longius parum,
Vltrà; promissum tempus, data fide.
Sed gaudeo rediisse me tandem bene
Et prosperè ualentem, animoq; corpore.
Quare in sinu requiescam dilectæ meæ.
Quam uolo, uideo. quàm opportunè obuiam uenis,
Salue mi Dalila mea dilectissima.
DA. Salue anime mi, ô mi Samson salue, ut uales?
Salium uenire gaudeo. SAM. Teneo'ne te
O Dalila, animo maximè optata meo?
DA. Cur non? quid hoc rogas, Samson charissime?
Iam nunc ego desperassem aduentum tuum,
Nec te redire posthac ausa credere.
SAM. Adeon' putas me ingratum, difficilem quoq;,
Vt te, mihi dilectam, tam cito deseram.
DA. Audiuimus mi Samson, facta fortia
De te frequenter fieri, nec quis fortior
Te uiuit unquam, dictu mihi mirabile.
Licet'ne Samson orare, ut dicas mihi,
In quo tibi sit fortitudo corporis
Tam firma, uel quibus ligatus nemini
Nocere possis, ulli nec resistere?
SAM. Si funibus septem nouis ligaueris
Me, fio sicut cæteri sunt, debilis,
Infirmus, & tantis priuatus uiribus.

Mirabile

DA. Mirabile est, anime mi, creditu, modo
Sunt uera quæ coram præsens ex te audio.
SA. Ita est, fidem astringo tibi firmissimam.
Profectò dormiturio, mea Dalila.
DA. Ergo in sinum meum recumbe paulu
Dormiq; nam iam uesperascere cœpit,
Tandem probè cœnati intrabimus torum
Nunc lassus es. SA. Faciam quod ipsa iu
DA. Hem dormit: heus famula, nouos lag
Septem, uidebo nunquid uera dixerit.
AB. Adsunt, cape. DA. Mea tu, ligâ, qua
Discede nunc, ligatus est tutissimè.
Philistijm Samson super te, quin fuge.
SA. Ehem mulier ubi sunt? frangantur p
Funes, quibus ligaueris manus meas.
DA. Ita decipis me Samson: hem credam
Quid misera credam? non me pòst delusi
SA. Non amplius te fallam, sic se res habe
Quando mei capitis crines septem accipis
Eosq; circum clauum ferreum ligas,
Terræq; fixeris clauum, infirmus quidem
Futurus ipse sum. Sed ne molesta sis
Queso mihi, sine dormiam parum modò.
DA. En denuò dormit, tentabo & alterum
Quod dixit. cuellam crines septem sibi,
Circumligatos hinc clauo. figam solo.
Et ecce iam cessit probè. Samson cane,
Philistijm super te, surge mox, fuge.

Vbi nam? Quid mihi molesta multũ mulier es?
neminem uideo, nugaris pessima.
Sic digna uisa sum tibi, quam sæpius
dlat dolis Samson, quod nunquam credidi.
e est amor tuus, quem fingis sedulò.
scede, quæras aliam, me missam face.
Non sic, anime mi, non sic te facere decet:
catus equidem dixi, uera proloquar,
me modo audies, irata ne sies.
errum caput meum ascendit nunquam, quia
azæus ipse sum, quod est sacer Deo,
quod sub utero matris promissum est meæ.
Nunc si caput fuerit abrasum forcipe,
Recedet à me fortitudo protinus,
Deficiam, & ero sicut mortales cæteri.
Verum tibi dixi, mihi illud credere
Oportet. ibimus cænatum intro: mea
Dalila, tuus sum, porrò uolo dicar tuus.
DA. I præ, sequar. nam paululum negotij
Restat. uide parata sint, mox ibi adero,
Omnia, morabor nusquam, Samson anime mi.

SCENA IIII.

Principes Philistijm. Dalila.

Ecce ipsa prodit omnium astutissima,
Quæ sæpius decepit expectantium
animos. rogabimus, cur isthæc fecerit.
DA. Hem ô uiri, opportunè adestis principes.
PR. Quid tu tibi mulier? sic nos circumuenis,

Et uerba sæpe das, non uno nomine.
Quid porrò credendum tibi putas plurim
DA. Non fit mea culpa, delusit me ioco.
At iam loquutus seriò, uerum mihi
Confessus est: quare præsentes uespere ho
Adsitis armati uolo, non frustra erit.
Operam dabo, ne nos deludat sæpius.
Illum in manus uestras tradam, dubio pro
Nam quo modo fieri posset, perdocta sum
Probè, nec ultrà me fallet, certò scio.
Ego ad uirum aliquam fabricam finxi no
Quòd uera dixerit, uici fortem licet.
PR. Vide ne denuò nos fallas Dalila.
Hoc si fit, ipsa pœnam pro scelere lues
Tanto, nec unquam facile excusabis quid
DA. Nihil minus. uos interim conducite
Qui me domi obseruent, uocatiq; adsient.
PR. Non negligemus, imò iam fortissimos
Viros tibi triginta mittemus domum.
Hos instrue, doce quid fieri uelis, iube.
Ne præda nostris elabatur faucibus,
Quam nunc sequuti tandem ferè prendim
Eamus hinc, ne quid nobis noceat mora.

SCENA V.

Samson. Dalila. Abra. Lac
tonsor. Philistiim.

HEm Dalila mea quò nunc, dicas, tbimus?
Saturi quidem cibo & potu, quantum sua

iusq; naturæ necessitas cupit:
uesperascit. cœlo fulgent sidera.
A. Deambulabimus domus per porticum.
si placet, totam noctem hic requiescimus
nà. uide, quid aere illo salubrius?
A. Ita est. Ego quidem sub hac cupio domo
ormire, postquam paululum ambulauimus.
A. Quicquid iubes, fiat. tua unica fuero,
n te me oblecto, & solum id est charum mihi.
A. Quin tu uicissim spes mea, atq; gaudium,
Et corculum, mea lux, meum suauium es:
Quo non erit aliud uel elegantius,
Vel dulcius, socia meæ uitæ manes.
DA. Nunquid fefellisti, quod ipse dixeris
De fortitudine crinibus sita in tuis?
SA. Quì credis hoc, me posse mentiri tibi?
Nemo (mihi credas) me uincet perpetim,
Dum irrasus usq; uixero meas comas.
Videbis: expecta, & dices in posterum.
DA. Hoc Samson ambo pernoctabimus loco.
SA. Placet, tibi me dedo Dalila maximè.
Quiduis iube: faciam quæcunq; iusseris.
DA. Caput tuum pone in sinum Samson meum,
Et dormiemus unà suauiter diu.
Tu famula, si quid est opus, curam gere,
Subseruiasq; diligenter nutui
Meo. Quid hoc Samson, quàm nunc dormis citò?
SA. Nondum, sed usq; dormiturio nimis.

DA. Iam colloqui decet. SA. Oculi somno
Sunt, paululum sine dormiam: tu idem fac
Quod postulat tempus. Vale, iam dormio.
DA. Sinam te anime mi, quantum dormi
Hẽ famula, dormit: tõsorem mox aduoca.
AB. Adest domina tonsor. TON. Quid est
DA. Ecce hosce crines Samsonis cum forc
Abrade penitus, hoc uolo, hoc iubeo quoq
Nulla mora fac, & priusquam edormiat,
Surgat'ue de somno, & quid fiat, sentiat.
Septem comas scindas, nec his plures, nota
LA. Quid amplius uis? hoc factum est pro
DA. Sat est, abi modo, procul discedite.
Heus tu, Philistijm properè ueniant iube.
Philistijm Samson super te, quin fuge.
SA. Hem mulier, ô quid fecisti in me pessim
Recessit omnis fortitudo corporis,
Roburq́; membrorum, crines quia perdidi
Fragilis nimis fractus sum ego miserrimus,
Libet experiri uiribus fractus meis,
An cedat animis temerè conceptus furor.
Nihil facio, succumbo prorsus hostibus.
PH. Quid hic agis? quin ambula, captus sic
SA. Quò me uiri, quò ducitis? sic'ne decet?
PH. Satis diu lusisti nos, ô inclyte
Iudex, uirûm qui uel uiuunt fortissime.
Quæ te, uiden', uicit mulier est. Omnium
Iniurias solues, modo si uiuimus.

SCENA VI.

Principes. Philistei. Talion.

Vid est? habent hominem, tumultuarier
ne audio. Captum ducunt ad nos uirum.
Habetis inimicum Samsonem principes
strum. facite quæ digna sunt fieri. mali
em sensimus primum authorem, pœnas luat
andem, ne quis pòst ausit agere huiusmodi.
Putas ne te impune in nos semper ludere
mson? quid ais? ubi est tui nunc corporis
obur, tuaq́; nam fortitudo uirium?
ostri dei uicere te, in nostras manus
edére captum te, quid amplius putas
peresse uitæ? dic. pœnam nobis dabis.
Non dij quidem uestri, sed peccati mei
œna est, neglexi patrias leges, senum
atuta contempsi, moresq́; gentium
mitatus, hæc merui: quod fuerit initium
mnis mali: si quid patior, hinc mihi uenit.
Non sunt dei ultores uestri, mihi credite:
Qui nec uident, nec audiunt, nihil ualent.
Sed quid tamen nunc plura mecum deputo?
Fortuna opes auferre, non animum potest.
Compesco uerba, parco iam captus minis,
Casusq́; semper tempori aptari decet.
PR. Abducite hinc in carcerem teterrimum,
Vbi fores occlusæ sint uidebitis.
Quid uos rogo sententiam, nunc dicite.

ALTER EX PRIN. Dignus graui pœ
non arbitror
Prorsus necandum, quin uitæ ærumnas
Oculos ei eruendos esse censeo,
Cæcumq; molere faciemus Gazæ quidem
Vbi molestus nemini, laboribus
Datus luet pœnas malorum, maximas.
PR. Placet tuum consilium, conuocetur
Samson, super te audi latam sententiam.
Vita tua donauimus te, sed oculum
Eruimus utrunq; tibi, cæcus ambules.
Tu carnifex cape hunc, satis sententiæ
Fac principum Philistijm, sed publicè.
CA. Quod est meum officium, facio, me
SA. O luna, & ô sol, te nunquam uideo,
Hau quò redactus sum? ue ue misero mihi.
CA. Num'nam satisfeci, ciues, sententiæ?
PR. Satis. per urbis uicos cæcum ducito,
Vt hunc suum cernant inimicum singuli,
Pueri, senes, mulieres cum puellulis,
Quibus molestus nil futurus amplius.
Deuicimus sola hunc deorum gratia.
At nunc pecuniam numerabo Dalilæ:
Fidei satisfecit, quare æquum iudico.
SA. O quid mali in me peccas Dalila,
Vah omnium quidem mulierum pessima.
Culpa tua nunc cæcus ambulo miser,
Omnis mihi uita est grauis, cupio mori.

Quá nam fui fretus, cuiq; animum credidi
Omnem meum mulieri prorsus impiæ?
Precium fero iustum pro stultitia mea.
Nec tu puto auferes inultum longius,
Quæ me pecunia sumpta prodere cupis:
Et perdidisti amatorem planissimè.
Nunc si dolis meram liceret querere
Victoriam, mulieres imperent uiris.
Dira est quidem uis fluctuum, magni maris,
Vehemensq; fluuij, ignis feruentis impetus
Intolerabilis, paupertas peßima
Res est, aliáq; sunt mala innumera quoq;,
Immanius tamen nullum muliere malum,
Si iram capit magnam, atq; meditatur dolos.
Nam non potest scribi, nec uerbis exprimi,
Quas ægritudines uiris solent dare.
O res nimis passim miseræ mortalium,
O perditi muliebres insuper animi:
Quanta ægritudine affecistis plurimos.
Amarulenta mulier naturaliter,
Effrenis etiam, & disciplinæ negligens.
Ego hoc mulieri unum credam, non amplius,
A morte quod nunquam reuiuat mortua:
In cæteris licet omnibus diffidere.
Mulier in optimis fit imperitior
Rebus, malarum mirus est tamen artifex.
Te Dalilam ualde probam concredidi,
Sed me fefellisti. Hæc amantis est fides?

Hoc fœdus, hæc est gratia? & tantum
Quis uidit antea? sceleris quis est modus?
Ne des mulieri animæ potestatem tuæ,
Nec in tua uirtute sustineat gradus.
Quod si facis, confunderis: sicut mihi
Factum est. Caue quisquis sapis, tutus me
Exemplo eris: certant in omne facinus, &
Pensi nihil dicunt, si præcipites agit
Iratus animus, nec nefas aliquid putant.
Scio quò ferantur, quanta moliri parent.
Propter mulieris speciem perierunt boni
Quàm plurimi. Quisquis fueris, audi me
Vocem, ne credas meretrici quod dixerit.
Meretricis etenim labia distillans crimen
Fauus, nitidius guttur oleo eius stabit.
Nouissima autem amara illius sunt, quasi
Absynthium: gladio lingua est acutior.
Ad inferos gressus eius penetrant. nagi
Sunt quoq; gradus, inuestigabiles pedes.
Fouea profunda meretrix est, fomes malo
Quæ per uiam insidiatur omnem latro qui
Vt deuoret quos incautos deprenderit.
Quisquis nutrit scortum, perdit substantia
Ego uero, & oculos cum substantia meos
Cuius rei causa est iniqua Dalila.
Captiuus insuper, futurus risui
Cunctis Philisteis ex iudice Israel.
Quid est mulier? amicitiæ hostis sedula,

effugabilis pœna, atq; calamitas,
alum quoq; necessarium, tentatio,
omesticum periculum, fraudis comes.
ur ego miser sum passus hæc fieri? dolis
eceptus: ah nimis serò me pœnitet,
bstemperasse Dalilæ uerbis malæ.
on cessit animus, uim licet corpus tulit.
landum malum mulier, & ante cognitum
auciſſimis, quàm expertum sit: semper nocent,
t prosuere nunquam exempla me docent.
uid concupiscit mulier, quod non ausa sit
entare? quid uult, quod etiam non possiet?
uæ nam ingeni uires, artes, laquei, quibus
igent, ualent, queunt struere fallacias?
uot, quanta nefaria, etiam horrenda pessimis
eguntur oris picti sub pellicula,
uo uestibus, gemmis, anulis, & purpura?
Vtinam intueri animo liceret liberè,
Quàm sit libidinosum, & infidum, procax
Animal mulier, iracundum, superbiæ
Natum, studens uano, sed uero rarius.
Si mentiar, quæcunq; fecerint patent.
Euæ cupido mali cunctos perdidit:
Deriſit ipsa Sarai nuncium angeli:
Quid filiæ Loth perpetrarint, nouimus.
Illæ in patrem tantum ausæ sunt facinus suum.
Rachel parentem delusit, dum quæreret
Idola: Iosephum accusat Zephira uiro.

Nec non Moabitæ mulieres filios
Israel dolo deceperunt. Idem Raab
Meretrix facit: dumq́; exploratores malos
Quondam fefellit arte quadam industria,
Iahel fit obuiam dolose Sisaræ,
Atq; in suas ædes ducit, & interficit.
Quid contigit mihi, quando problemate
Vxor soluto inimicis prodidit meis?
His omnibus monitus nihil caui tamen.
Quid me iuuat tot enumerare incommoda?
Quæ ego satis sensi sub Dalilæ fide.
Ornata uitijs mulier fuit, ab hostibus
Instructa dormienti crines abscidit,
Effeminatum reddidit, uinctum dedit.
Amantis hæc pietas? crudelitas
Fuit mulieris. sic fides agit inclyta?
Quem nullus hominum potuit unquam uinci
Non uincula, aut ferrum captiuum stringere
(O nulli longi temporis felicitas)
Nunc à mulieribus uincor, latrunculis
Fortuna agente: ubi hostibus meis fui
Quondam graui terrori, nunc uersa uice
Conuersus in ludum, cæcus uiuo miser.
O bone Deus, deceptus heu sum à coniuge,
Dudumq́;, & iterum in fictas lachrymas D
Meretriculæ memet dedi, culpa mea.
O ultor omnium Deus, me uindica.
CA. Hem desinas, frustra est expostulatio.

Nam quod semel factum est, infectum non potest
Fieri, feras quod uitari nunquam licet.
SA. Duc ergo quò me uis, sequar, suades bene.
Ego tamen cunctis ero exemplum uiris,
Ne facile credant feminis, cauti meo
Damno, cauebunt sermones blandos nimis.
CA. Sies licet, mihi nihil est huiusmodi.
Malo capere de te exemplum, quàm tibi dare.

ACTVS QVINTI,

SCENA I.

Principes Philistijm.

PRIN. PRIMVS. Iam liberi facti sumus graui metu,
Hostem tenemus uinculis tutissimis,
Et id dei Dagonis solum gratia:
Is in manus nostras Samsonem tradidit,
Qui fructuum nostros agros exusserit,
Multosq́; percussit manu fortissima.
At nunc iocus factus, nec non & fabula,
Cæcus, miser, seruusq́; noster mancipi.
Celebrandus est festus dies hic annuus
In urbe tota, perq́; fundi terminos
Nostri: uiriq́; munus offerant Deo
Nostro quidem Dagoni ter sanctissimo.
SECVNDVS PRIN. Conuiuium parabimus iam publicum,
Ornentur omnia templa pulchris floribus,
Solumq́; repleatur passim gramine,

Frontem

Frontem uirensq; nobis uiola protegat.
Lætamini pueri, senes cum feminis,
Hæc est dies festus Dagonis. altius
Ascendite ædes, unà ibi cantabimus.
TERTIVS PRIN. Heus tu, iube Samsonem
duci proximè,
Vt saltet hic. Fiat, cura centurio.
Saties dapis nos, nec minus uini tenet,
Augere Samson hanc uoluptatem potest.
Ipsus uenit, profer sonoras fistulas,
Adeste musici pariter omnes ibi.
Saltabit Israelis iudex inclytus.
Crescunt comæ, crinisq; factus densior,
Manus recenti sanguine etiamnum madet.
Vultusq; præ se scelera truculenti ferunt.
Oculos furoris cerno, dij fallant metum.
Bibat prius, Centurio da poculum.
Bibe Samson, hoc modo poculum infusum est
Gentile uino, uina libentur deis.
Post hæc honorabis saltu festum diem.

SCENA II.

Samson. Principes.

QVid ego miser, cæcusq; gaudij feram
Saltando uobis hic, utroq; sum pede
Lassus, nec usquam uisus dirigit uiam.
PR. Nil hic agis, salta pro consuetudine
Tua, secundum Hebræorum mores quoq;
Cantate cythara musici, quin ludite,

Videbimus quid iudex posit Israel.
Ecce quam saltat probè Samson, bene est,
Surge hoc modo, saltus placet: discedite,
Iam date, uiro saltanti. namq; hoc deo
Nostro facit Dagoni, qui uiuum cupit.
SA. Sinite rogo miserum parum requiescere.
PR. Quiesce paululum, redibis denuò.
Nos interim bibamus. huc ô principes
Philistijm uenite, meq; sequimini.
SA. Heu quàm grauis calor. defessus sum nimis,
Sudor per artus spumat, & gelidus fluit.
Requieo amplius, saltu disrumpunt pectora.
Heus tu puer, dimitte me, tangam modo
Illas columnas, in quibus fixa est domus,
Et tota moles eius incumbit, uolo
Requiescere illic. tu discedas longius
A me. quid inquam nunc agunt Philistijm?
PV. Edunt, bibunt q;, circiter tria millia.
SA. Satis est, tace: tu abi, uocatus adsies.
Domine Deus meus, memento iam mei,
Et fortitudinem mihi da pristinam,
Deus meus, ut ulciscar hostes impios,
Et pro diuorum amissione luminum
Vltionem sumere liceat mihi.
Hæc celsa pollens dæmonis domus mali
Ruat, uel in me, dummodo inq; hostes ruat.
Age anime fac, quod nulla posteritas dolet,
Sed nulla taceat. ulciscendum erit nefas

Atrox,

Atrox, cruentum, quod Philistijm mihi
Dedere magnum: quare respiciat Deus
Modo cogitata, pergo non dubio animo.
Ruat domus, ruant omnes, pereant uiri.
Cum feminis, hic quotquot adsunt: perdite
Moriatur anima mea nunc cum Philistijs.
Mors innocentem sola fortunæ eripit.

SCENA III.

Puer.

O Dira fata numinum, ô cæci furor.
Heu facta sæua, miseranda, horridaq; nimis
O triste casus illius magni malum.
Ah corruit templum, ruina maxima.
Heu ciuitatis calamitas, ô respice
Dagon, quid hic cæcus mali tibi dedit.
Pereunt uiri quotquot sunt, feminæ simul
Pueriq;, nec salua est una ex illis caro.
En hic iacent, pes, & digiti, ibi brachium.
Caput amputatum parte sub uulnere stetit.
Ex corpore hinc manat turpis trunco cruor.
Exundat, illinc ora cum fremitu iacent.
Iuncta est cruenta coniunx & uiro suo,
Et liberi iunguntur hic parentibus,
Ac signa cædis ueste maculata gerunt.
Videte acerba cæde funestam domum.
Euersa domus est funditus, tecta occidunt.
Quàm magna lachrymis pars adhuc nostris est.
Hinc hinc reliquias uehite ciues corporum.

Iam densa terra cuiuis incubat uiro.
Iacere cuncta, concidit noster status.
Iam principes hic lapide permisto iacent.
Vbi timetur, ne nos Israel opprimat,
Et qui solebant uiuentes defendere
Rempublicam, demortui miserè ruunt.
Quoscunq; luctus fleuero, flebo meos.
Quamq; tantum, me omnium clades premit.
Damnum quod ingens decerat, hoc Samson dedit.
En curuatus est templum, sunt & pariter uiri.
Fugiendum, quid: an patres, uel coniuges fleam?
An uel uiuentam: an me, uel nostram patriam?
Hæc est uiri hostis Samsonis captiuitas?
Hæc ultio sui damni conquiritur?
Qui mortuus plures, quam uiuus, enecat.
Quid nunc futurum est? quid porro sperabimus?
Nulla est salutis spes: quæram exilio locum,
Vtroq; uulneri graui opponam caput,
Ne mihi uidendi siet occasio mali:
Fugere libet procul, patriamq; deseram.

FINIS.

RVTH

COMOEDIA, IACO Zouitio Driescharo autore.

PERSONAE.

Noemi uetula		Lœdorus.
Orpha	Viduæ ad-	Boos.
Ruth	modum iu-	Misobigamus.
Attabas.	uenculæ.	Thaltybius.
Numenius.		Eutrapelus.
Eudulus.		Prodicus.
Lerna.		Philopolites
Philoponus.		

PROLOGVS.



ET si sciam, uiri optimi, gnitas
Et tituli, & authoris, frigido
Cuiuis operi, quàm plurimum dit gratiæ:
Nunquàm tamen diffido, quin uel opellulæ
Nostræ huius hoc tam sordido titulo, mihi
Aliquantulum inuidiæ, licet non ambiam
Hanc scænicæ arti gratiæ, quamuis nihil
Desideret: uobis quidem, risus satis,
Quem plurimum cupitis, parabo non parum
Quid quæso, ut obticeam interim de authore

Zelandi ob ignorantiam à quibuslibet
Male audiant, uocabulo Ruth, homunculis
Abiectius, contemptiusq; est? namq; ne
Ob hoc laborent, mille se periculis
Obijcere non uerentur. ut uitent idem,
Quos non labores perferunt? per saxa, per
Mare cursitant, æstumq; frigusq; tolerant.
Prætereo nunc iniurias, sacrilegia,
Proscriptiunculas, latrocinia, neq;
Iniuria, quom ubiq; ab hoc, quo alienior
Mortalium quisq; sit, eo suspicitur &
Extollitur mage. Tituli uocabulum
Quanto laboret odio, habetis optimi
Viri. modò quàm nomini ingenium male
Conueniat, & quàm sit Silenus, fixius
Si habueritis, percipite identidem precor.
Peregrina nostra isthæc Ruth est, poetico
Vestitu adornata, noua, confecta senio
Tamen. homini uestitus, & formam, & etiam
Famam parat, conciliat. Hæc itaq; noua
Est, digna cognitu, uenusta auditu. Id &
Scire uolo, quid desiderari poßet in
Hac forma? at hac quantumuis occidua, Helene
Non cederet scio: absit huic dicto tamen
ἀπόνοια. Dicito, pudicitia? hercule
Si Cæsaris Pompeia cum hac certasset, haud
Repudium passa doluisset arbitror.
Quid obsecro, Dos? ædepol mirum quàm in hac

Re polleat præ cæteris mulierculis,
Et id quidem uera. nihil moueor super
Talentulorum multitudine. perit &
Hoc quicquid est dotis facillimè. si enim
Tali fuissent præditæ uxores Neri,
Bene scio, nunquàm has sustulisset gratia
Dotis. Equidem opportunus adsum, & in
Εγκωμιαστὴς. Siccine heus Neptuno aqua
Apollini lumen? Statim se hic sistet in
Proscenio uobis. tum enim quàm quodlibet
Potius ei competere nomen, quàm quod ad
Poßet uidebitis. Senes, quos uel tenet
Alterius uxoris cupido, huc repite:
Nisi cuculos cupitis, huc aures date,
Addiscituri quam ambietis coniugem,
Concurrite & iuuenes, qui ob imperitiam
Rerum, proci mehercle strenui, uerißima
Pro dote falsam cupitis, ambitisq́; quàm
Stultè tamen, sæpissime uestro malo
Docetis. Huc inquam, futuri callidi
Verissimæ dotis, pedem conserte. Sed
Quid singulatim quosq; quæso huc aduocem
Cum neminem uolumus ab hoc spectaculo
Excludier: linguis modo hic & auribus
Faueat, licet non perbenignis, attamen
Patulis. cum id haud secus atq; nomen nouimus
Quin hic habebit fortè quod quærere alibi
Posset, futurum neminem. nam Zoilo

acitè quod inuidere, Momo mordicus
uod uellicare, candido auditori item
equè quod approbare posset, arbitror
ic defuturum nunquam. At auditor bone,
quisq; in hac mellis medullam reperiet
bi, reliquũ quid nam est? quàm ut auribus obuijs
anc scenicam actiunculam accipias. Modo
feceris, tyrunculis ad scenicos
De cætero ludos, mihi authori quidem
Addictitandum animi addidisti plurimum.

PERIOCHA.

Socrus peregrina, peregrinas quum nurus
Haberet, orbantur maritis socrus, &
Nurus. Socrus studet reuerti in patriam,
Vna comitatur hanc, parentes negligens
Proprios, penates, atq; cognatos. Suæ hæc
Socrus uolens ire obuiam indigentiæ,
Spicas honestè honesta colligit, quibus
Socrus famem sedat. Deinde occurritur,
Quas unicè flet, orbitati & ἀπορίῃ,
Consilio ut usq; ualent senes. suadente nam
Socru, magistra fit metentium. Parit
Deim filium, unicum socrus solatium.

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Ruth.

Instabilis heu fati rotam eße mobilem,

Vel cuilibet per me licebit noscere.
Ego quæ fui matrona quondam nobilis,
Opulentula & potens, ad hæc beatula,
Prædita uiro & gnatis duobus: at modò
Ignobilis, paupercula, impotens, alhæc
Misera, uiro atq; liberis orbata sum,
Prò summe Iupiter, tibi pro ludon est
Acheronticam hanc tam obruere domis
Tui siniſtri? siccine in mulierculam
Sæuis tot incommoda? quib. quamuis
Vir Ianus alter, nec salutem quampiam
Reperire posset: nedum ego mulierc
Tum consilij tum consulentis indiga,
Quàm luctuosa & anxia infortunia.
Heu perpulit me à patria procul famis
Violentia, atq; alimoniæ ingens cari
Digressa & illinc sum admodum dium
Pol optimo inter opimates prædita,
Quem mihi ferocia inuidêre diutius
Fata. exin utraq; soboles hic coniuges
Ducunt, satis quidem probas. Demum
Obit absq; liberis. Decem annis hic mor
Aliena, pauperie laborans maxima,
Cum haud suppetit, quo farciam mihi
Stomachum, labore nec mihi corradere
Valeo. sum anus namq; impotens. nisi
Nurus probissimæ mihi ferrent opem,
Quid quæso præter restim huic reliquum

Hæ uero non tam beneficæ semper mihi
Ferunt, licet (quàm sunt pio erga me animulo)
Semper futuras beneuolas mihi, satis
Certo scio. nam nubiles sunt, & bonæ
Formæ quidem. communis atq; est mos uiris,
Aegrè ut ferant, si digamæ nimium colant
Socrus priores. ergo quid misellula
Egam, haud scio. saltem unica est mihi uia
Salutis: hæc si fallit mulierculam,
Illinus in dubium scio uita ueniet.
Age, conferam me in patriam quàm ocyssime,
Inuenero fortassis illic quempiam,
Qui uel mei miserebitur: namq; audio
Famem esse profligatam. Ob hoc præ foribus hic
Volo desidere modò, usq; donec redierint
Nurus, scio ut non ostiatim garriunt,
Hæ acta domum se conferent. Vah, commodùm
Huc conferunt se. ubi dixero hæc ipsis, scio
Fiunquã sinent. Sed quod statutum est in animo, id
Conficere quàm primum arbitror consultius.

SCENA II.

Orpha. Ruth. Noemi.

Quis mea Ruth, est mortalium tam saxei
Pectusculi, quem acerbior Rhamnusiæ
Euentus haud deijceret in luctum? Virum
Quem suspicabar, heu, mihi fore comitem
Perpetuum, & hic quàm breui, imò temporis

Vel punctulo subtractus est mihi. O fera &
Sæua Atropos, sic unicè charum mihi,
Quid? imò charius quàm ego ipsa sum mihi
Diuellere à me scilicet tibi libuit?
Quot sunt, diem connubij ulnis obuijs
Lætum manentes alterum? istos negligis,
Respuis inofficiosa. ubi peßima uolunt,
Non uis: ubi nolunt, uenis ultro. atq; item
Vbi copula est hac luce charior, inuida
Sæuis: ubi uerò est tenebris tristior
Cymmerijs, maleblanda blandiris. Mea
Ruth, nunc piget uiuere. utinam in matr
Licuisset oppetijsse nixu infantulæ.
RV. Siste lachrymas. Quid adumenti co
Hæ lachrymæ infortunio? Mortalis is
Fuit. OR. Ruth, ô, fuerit licet mortalis fi
Quoties tamen uirum imaginor charu
Pol tum penes me non sum ego. Quid fo
Est sine uiro? RV. Quid fœmina inquis
Quàm stultula es. Tu ne peteres uiro di
Nubere, ubi tam probũ habueris? Pol, tu
Etsi ordinis iam patricij uiro forem
Nuptura, crede, potius ipsa mihi necem
Asciscerem, quàm nuberem: sic me uiri
Demortui astrinxit sibi gratissimus
Amor. uiri mortem æquius ferrem edepõ
Colloquia si minime negarentur mihi.
Sed id est quod excutit mihi sæpe lachrym

R. Imò alia me excruciãt magis. RV. Nempe ge-
neritius. id doleo etiã. OR. Imò alia. R. Alia? (neris
Vir fuit, is intercœpit. Et si quando erat
Expalandum apud nostratium non infimos,
Tanquam umbra eum comitabatur officiosa: Sic
Bibli uidebar inter optimas quidem
Non infima. at neglecta iam, & satis anxia,
Contineo me domi. RV. Et quidem satius puto.
Sibi fœmina placente nihil est stultius.
Denig; probæ est mulierculæ, domesticam
Curarem, minime studere epulis. Ea'
Vete Orpha solicitant? OR. Adhuc quid est: sed id
Est religio eloqui. RV. Hancce relligiosulam,
Quàm similis es tui. Tibi ista male anxiæ
Relinquo. ego saltem mihi salubria
Colloquia denegari: id inquam unum fleo,
Quàm casta, & heu, q̃ sancta erant. Dicere so!et,
Vnum suos colere Deum, quiq; omnia
Creauerat, leges adhæc dederat suis
Autographas. OR. Sanctas. RV. Eas si quipiam
Seruauerint, olympico fruerentur hi
Elysio. Et ad suos mihi dedit fidem
Nos demigraturos, fames ubi suos
Destituerat. Quàm eius fui cupida, Deus
Vsq; cupidissima, sed uiro comite. NO. Audio
Illas loqui haud scio suis quid de uiris.

RV. Si, sed aliquis peccasset in leges datas
Perpetuus illi pœna tartarus foret.
OR. Quàm Theseas hic porrigat lapsis m
Quamq; facilis sit aditus iisdem ad hunc
Deliquerint quicquàm, meus tandem ad
NO. Loquuntur audio de suorum coniug
Confabulatiunculis. Mihi mora
Quæuis odio est. Huc huc adeste filiæ
OR. Socrus uocat nos. RV. Ipsa ubi est?
RV. Tun hic eras mater? Quid hic iam
NO. Expecto uos. RV. Præ foribus? NO.
Diu sit. RV. Absit. quid rei est tibi in
Vt quæ soles cochleæ instar assidue domi
Latitare, nunc præ forib. hic modo sedeas?
OR. Sanè id ego demiror quidem. RV. atq;
NO. Egressa sum actura hic periculum,
Iter animo acceptum queam conficere. RV.
OR. Iter? RV. Quod acceptũ iter ais? NO.
Me, nos adactas huc famis sæuitia.
RV. En mater hic nulla est ciborum cari
OR. Imò omnium est hic magna uilitas. NO.
Experta, noui. Interloqui sed sistite.
Comitata coniuge & duobus liberis,
Coniunx obit. Ducunt deinde in coniuges
Vos: id mihi displicuit, ut quod maxime
Mihi placuit. OR. Dij boni, beatulas
Nos dicerem, si essent adhuc superstites.
NO. Ambo moriuntur absq; liberis, ita

De genere nostro actum est, quod unicè fleo.
RV. Sic. mater, erat in fatis. Quis nam potest
Contra renitentia reniti fata? NO. Pol
Belle, reniuntur mihi fata oppidò.
Ego quæ fui quondam Habraamo ditior,
Nam inops modò. Et nobilis: at ô quid modò minus?
Comitata, sed sola modò. RV. Mater conqueri
Cessa: nec es pauper, nec ignobilis, & haud
Sola es. Putas te pauperem, horribilis ubi
Fortuna subtraxerit id à te quod suum est?
Nos è matris aluo nudæ in hunc mundum sumus
Ingressæ, & hæc fouet suis nos reculis.
Nam si manum retrahere huic libeat, agas
Tum gratias, uelut usa alius reculis.
Porro alterum hulcus quod animo tuo dolet,
Papula est. Ais te ignobilem? OR. Arbitraris hanc
Nostra ex domo nobis adesse matrem? Hæc
Aut ex Stoa, aut Academia Platonica
Prodit, quæ ita in numerato habet philosophiæ
Dogmata. RV. Si ego tibi lapides (mater) loquor,
Hic comprimam me. NO. Tun' mihi lapides? pol ex
Animo loquor, meras mihi loqueris rosas.
Perge obsecro. RV. Quod uero ais te ignobilem,
Nihil uidentur fabulæ. Haud holosericæ,
Aut florulentæ, mater, aut id uestium
Genus, aliquam indicat esse nobilem: neq;
Anteambulonibus, aut pedissequis quidem
Stipata, sit uocanda nobilis. sed hæc,

Quam nobilem generosa uirtus efficit,
Cuius fuisti absq; dubio usq; sedula
Cultrix. NO. Deus qui cuncta nouit, nouit
Pulchrè quidem tu philosophata es. cæter
Quòd sola sim, non quit negari. RV. Sol
Mane parũ. OR. Num solitudo nos prem
Quid at hesperus serus uehat, nescis. meu
Mihi tamen dixit maritus sæpius,
Futurum id, ut numerosiores uel habeat
Deserta proles, atq; quæ uiro nupta est.
Forsan & habebis qui excitabit indolem
Ex te, aut tuis: mutaße te ut fateberis
Fœliciter. NO. Quid dicis, ex me? mihi
Sed ex meis sperare possum quidpiam.
Certum est ob hoc iam, filiæ, ingredi. ut
Mihi parem uiaticum, quo utar ego in hoc
Itinere. quando adire patriam mihi est
In animo, & hinc migrare. RV. Mater soc
Nos deseres? NO. Sentẽtia est mea. RV. Fi
Comitabor hanc quoquò iuerit, cum illa,
Vel ad suos proficiscar. OR. Atq; ego sequa

ACTVS SECVNDVS.

Attabas. Numenius.

Prò summe Iupiter, haud scio quidem de
Quid fiet, omnes choriolæ meæ latrant:
Et lippiunt fauces mihi fame. Eheu me,
Qui mihi color? quæ habitudo corporis

uit: modò at squalidus sum, & æger, & sentus,
id mea culpa quidem. Paternam rem
amq; abliguriui impigrè alea & uino
hio. NV. Hiccine est heus Attabas, loci, nec non
Hospri ordinis? certe ipsus est. Quid hic narrat
De Chio & alea? num is exulat mecum
Patria, quod hunc regione in hac modo cerno?
Credo. Et num is omnem rem alea abliguriuit,
Ctitum quod incusat? ita suspicor. Sed cur
Virum alloqui, atq; interrogare rem cesso?
Heus Attaba. AT. Hem quis nominat me? NV. E-
go. AT. Quis tu es?
NV. Numenius, tuus hercle amicus. AT. Hẽ noster?
NV. Sic est. AT. Quî ego te, cõspicor, mihi enarra,
Hoc in loco? NV. Me? AT. Te inquam. NV. Id ordi
Tibi: sed ea lege, ut & itẽ mihi narres, (ne efferam
Qui huc ueneris. AT. Recipio me illud acturum
Tibi. differor quamuis fame, attamen scire id
Desidero. NV. Fame hem? uiatici quæso
Nihil tibi est? AT. Id' ne monogrãmuca hæc pulchrè
Tibi arguit facies? uiatici quicquid
Erat, id iter prodegit. Aſt libet scire:
Sed Asianus ne esto. NV. Ero Lacon. Nosti
Quare exulem patria: ergo ubi reliqui exul
Patriam, Corinthum adnauigaui, onustus re
Ampla. aſt ubi appuli, ilico haud scio sanè
Qui occurrere, & rogare, quid noui adferrem.
Sed penitius postquàm uidere me, noscunt quid

Vener.

Vener. Officioſe adeſt probus quidam,
Vt rebar, exquirens, peteſſerem'ne ipſe
Probus, probum hoſpitium, annuit. Prob
Duxit me in hoſpitium, ædepol uidebar
Primitùs honeſtum. Intrantem ubi uidere
Famuli, exhibent ſellam mihi, aſſido. nu
Libeat mihi rogare. prandium dixi
Pontificium uolo. obediunt ſtatim, ſerv
Et lectulos. decumbitur. papæ, quos nos
Hic apparatus? dubiũ erat quidẽ. AT. Ab
Quàm iniquus es. ſi eſſet mihi modò pot
Aterrimus, fatere me lupum. NV. Mox
Iuuero. AT. Mihi exigua mora annus eſt
Mox dixero. accubuere homunciones
Mecum hercle feſtiuiſſimi, potabamus
Hilariter. mox de Planeſio hic, alter
De Thaide occipiunt loqui. AT. Diſcrucio
Fœcundus effecit calix. NV. Teneo. Quid
Mihi tacenti, Heus nulla Nænia, aut Tibia
Eſt tibi? ego, Nulla, inquam. ſed unica ſi
Hunc quæ Corinthum allexit, ille tum, Mag
Meret. Hic ego: Pecuniæ ſatis, detur
Modo potiri. oſtendi & ocyus zonam
Acre tumidam. Hanc ubi uidere, dicebat,
Num Laidem petis? Peto. ilico fertur
Per ſeruulum. Iunonia aduenit, ſecum
Trahens decem pediſſequas. AT. Num mal
NV. Forma? hercle prætuliſſet hanc Alexan

Veneri, ego ſaxeus uidendo femellam
Odi. Salutatis quibuslibet, noſtro
Alteri ſtatim ſe adiunxit, haud ſcio quare:
Multo me aduenam credebat unicum fortè.
Monoſpyxt aſſediſſe me, hercle iuraſſem.
In facie & in lingua gerebat hæc ipſam
Venerem. Miſellulus ego Bacchus, haud Mauors,
Veterem ambij hanc: noctem precabar inſanus.
Reſpondit, Heus noctem meridiẽ adſit nox,
Ad interim Veneris amica guſtemus.
Nam abſq; Cerere & Baccho Venus iacet. Verã
Per Herculem inquis, ego. eia Bacchus & munda
Detur Ceres. qui exoluet, eſt modò præſens.
Vah Bacchus & Ceres? datur cibus talis
Hic capite damnatis, ait. Miſer rurſus,
Quicquid tibi Lais lubet, licet, dixi.
Bromia ades huc, inquit, peroptimè noſti
Vinum palatulo meo unicum nectar:
Pecto amphorarum par. AT. Tot, Iris hæc, uilli
Sola ebibit? NV. Mane. Tu Eduſa, quàm primum
Ambroſiã ſtomacho meo pares uelim. (hercle ad
AT. Morigeræ erant? N. Monoſyllabæ. A. Probè me
Pernicie erant inſtructæ. NV. Erant? mane, nondũ
Omnem rem habes. Editur, potatur, & tandem
Chorea ducitur. tibicinum princeps
Aderat. is Hedymeles erat, meã ſanè
Sententia. AT. Hercle longus es. NV. Moleſtus tu:
Iam fecero. Eſtur & potatur, ut dixi.

Vbi

Vbi nox adest, ad calculum uocantur
Omnia, minæ consumptæ erant ibi
Nouendecim. AT. Nouendecim? die
Vah, satrapes quamuis fuisset illius
Amator, haud potuisset hos tamen
Sufferre. NV. Suptus hos? mane
Plus est. Domum se quisq; proripit,
Laida, suis cum ancillulis. Precari
Cœpi miser noctem. inquit illa, Tun
Posse precibus te id consequi? nihil
Agis. Quid, inquam, precibus? optime
Atq; etiam ita, ut dicas bene esse
Ne sic quidem, numerato mille
Te admitto) Cœlozonæ, ait, meæ.
Propudiolū. Hem ἄβατος tua hæc
At qui se habebat zona? NV. zona?
Ancillulæ in lecto locant, ego
Apud hanc. Papæ, uitam deorum
Putabam. iniqua lux adest: adest
Placidè rogans, num Laidi placet
Odiosa Lais, ait, ubi moraris? te
Agitet Venus. uel prandij appetit
Nondum, inquio. Facessito, parato
Vt uestiar, dixit. aliæ statim
Hanc uestiunt, abeunt, citus
Ientaculum paratur elegans, lautum,
Indulsimus genio beatuli. Sed quid
Multis? ago hanc uitam pecunia

perdita, nusquam ipsa Lais, ancillæ &
sequam, imò fracta est tessera. AT. Obsecro di-
quid commodi tu consequutus es tandem,
ex Laidis forma? NV. Rogas? quid ex Circes
comites Vlyssis? AT. Haud scio. NV. Id tibi dicam.
Hunc reddidit leonem, & alterum uulpem. (pes
AT. Aut es leo, aut uulpes? NV. Ego & leo & uul-
cum. quid? cum enim ui extorqueo à uiatore
pecuniam, dic, num probè tibi functus
Videre leonis uideor? & cum ubiq; omnes
Circumuenire proditoria fraude
Conor, quid heus? num rite dicor & uulpes?
AT. Sed num satis tutò quidē? NV. Quid, hē tuto?
Quàm sit superstitiosus iste, non nosti,
Populus. Hic unum credere in Deum se, inquit,
Qui uult, reseruetur sibi in malos pœna.
Potius enim (credito) manus in ignem, quàm in
Latrunculum aut furem iniicerent. AT. Inauditum
Genus hominum. At quî huc ueneris, scio nondum.
NV. Faxo scies. Fortè ut fit, incidit sermo
Inter epulas, zona ualente, diuersis
Super hominum ritibus & institutis. Haud
Sine omnium admiratione quidam isthæc
Adduxit in medium, animo meo insculpsi,
Mecum arbitrans: Vacua crumenula, id certum
Vbi erit asylum. Factum opinioni mox
Respondit. AT. Hic ne my quidem huius audiuit,
Regionis ignarus etiam est. pudor namq;

Hunc

Hunc reddidit patriæ exulem. Haud pot
Quàm gaudeam, me repperisse te longe
A' patria. Numeni eris mihi præsens
Deus, famem sedare si uelis, qua nunc
Crucior Saguntina. N V. Id rogas? meum
Est, id tuum esse existimato. A T. Fac detur
N V. Sequitor. Mane, quē uideo? A T. Quid
N V. Cum isthoc ais? per Herculē, haud se
Quàm Corycæus subsequor, tum & obser
Namq; cruciarer eripi bolum nostris
E' faucibus. A T. Certe ex meis bolum imp
Auferret haud quisquam, scio. Bolus gæ
Mihi Persica esset, ualeat ille. Narrabo
Mox tibi meum infortunium. N V. Lucrum
Huberrimum spirabit hinc, scio: quæso
Lateamus hic paucillulum. A T. Fames atq;
Sitis nihil super lucro mouentur: quin
Vel panis atri frusto, & undulæ haustu quā
Mimimo, Midæ regno hercle cederē. N V. Ni
Faceres scio, si Sœbidas fores. Hem audi.

SCENA II.

Eudulus.

Iussit me herus rebus relictis omnibus
Prodire rus, & quî se habent agrariæ
Res uisere. illuc prodij. uideo alios
Cribracula, atq; alios cylindros, & alios
Messorias falces parare. Quisq; pro
Se operatus est sedulò ut aceruarent diu

ruges petitas. Hæc ubi uideo, inquio
Secum, Quàm iniquè comparatū est, ut qui egent
Linus, laborent magis, & ociosulos
Uis alant laboribus. namq; agricolæ hi
Non sibi, at heris serunt, metunt. nam uictitant
Obusculo & sero atq; lacte: cum interim
Heri impigrè obsonant, potant, unguenta olent.
Quid hoc malum infœlicitatis est? nisi, ut
Credo, hos ferundis miserijs natos. At hæc
Dum ego reputo, imprudens reliqui uillam heri:
Id sentiens, rursum reuertor. Ast ubi
Illuc redi, conspicor herilem uillicum
Nil agere. cœpi mecum ego cogitare, Ehem
Si ritè quid factum expetis, mandes huic,
Qui cæteris operantibus latet domi
Securus. hiccine uillicus frugi est? uirum
Adij, rogo, num se ocij pudeat? Qui ita?
Ille. rogo, Num uides alios rei dare
Operam? inquit ille, omnia parata esse, & nihil
Desiderari hic absq; coadiutoribus.
Quantum queo, conijcio me mox in pedes,
Isthæc hero renunciaturus. At ubi
Inueniam herum nescio, domi, an apud forum.
Sed est' ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est,
Nescio quid hic ambulet. adibo, & alloquar.

SCENA III.

Attabas. Boos. Numenius.
Eudulus.

Nunquàm hercle amico amicus es tu. Nisi
Quæso morare paululum te contine,
Fortassis obijcietur hic ouis lupo.
EV. Salue here. BO. Mihi quis heru[s]
Frugi es, probo negotium capessere,
Atq; expedire id ocyus. EV. Sic est. BO. Se
Quî res agrariæ se habent? dicito, satin
Saluæ? EV. Satin? maxime here. BO. Lat
Fruges se habent interrogo, & quid illi
Messoribus num eget? EV. Rogas, fruges
Quondam hos agros fuisse nudos frugib
Modò si uideres, diceres. BO. Id argut
Fames decennalis. EV. Here, & ante ipsos
Annos. BO. Potest credi? EV. Nihil magi
Bone, quàm benignus es in tuos malè mer
AT. Illud uide silicernium, beneficium
Cereris suo asscribit Deo. NV. St, ne aud
BO. Demessione nũ etiam egẽt? EV. Nũ egẽ
Iamdudum & aream, quid dico aream?
Omnia parata, uillici ocium arguit.
BO. Quid ocium? num somnium illud est
Torpet modo? EV. Non, coadiutores se
BO. Coadiutores? indicasset id tibi
Per seruulum, si uillicus frugi esset. At
Scis quid uolo? EV. Si dixeris, sciam. BO.
Cras strenuos operarios conduxeris,
Qui arcere noctiuagos latrunculos qu
EV. Fiet. Here nũ quid aliud? BO. Hoc

ratum erit. BO. Villico renunciato, te
Diluculo summo adfuturum. EV. Illuc eo,
Quidquid uelint, mihi messis huius cedet haud
Exigua portio tamen. Sequeris? AT. Libens.
NV. Fœmellulæ. AT. Fœmellulis nihil boli est.

SCENA IIII.

Noemi. Orpha. Ruth.

POl non anilem credo fabulam esse, sed
Oraculum Mosaicum, quod inquiunt,
Quemuis uiatorem bonam partem itineris
Precibus, si porta sit egressus. nam ego
Egressa uix anilibus pedibus domo,
Videor mihi absoluisse iam medium iter, &
Adhuc pedes mihi pruriunt, fugamq; item
Ardent. ita & uiuit Deus, si non putem
Alas mihi esse, aut Mercurii talaria
Vestri. Nam ego quamuis sum anus, ueruntamen
Hercede uel promptissima, non cederem
Vestro ædepol Ladæ, aut Doloni, aut Herculi,
In inuere hoc faciendo. & ignoro quidem
Quî hoc fit. mihi namq; si aliò esset iter, haud
Festinem præuerterer. Credo haud secus,
Quàm aliquis equus non bene satur: quo si tibi est
Certum ustpiam pergere, opus est bene stimules
Calcaribus: sed ubi reuerteris domum,
Freno indigebis tum. OR. Paterni quàm soli
Auida est socrus. RV. Mater, solum omne patria

Est forti, ut æquor piscibus. NO. Sed imm
Sui ut sit, haud sinit tamen cuiuis sua
Patria. domũ quæso reuertimini. RV. D
Mater? OR. Domum dicis? RV. Nihil faci
Quin ad tuos pergam simul tecum. OR.
NO. Quid mecũ? RV. Ita est, tecũ. NO. Ad
Imò ad tuos.
NO. Absit rogo, ut uestros relinquentes
Iurare uelletis mei in leges Dei:
Quæ quàm graues sint, nostis. RV. Hẽ gra
RV. Stipendiũ at dulcissimum est. NO. Nõ
Sed apostatæ à uestris uocabimini. RV. Ain
Apostatæ? nihil minus sumus. Iam enim,
Si uera fas sit eloqui, re apostatæ
Sumus. cum enim sint hi dei, si dij tamen
Sint nominandi scilicet, manuum hominum
Opuscula: insuper os habentes, nec loqui
Posse: & oculos, nec cernere: atq; aures, neq;
Audire: quid magis sumus quàm apostatæ,
Hos si deos coluerimus? OR. Perpol eadem
Audiuimus meo ex uiro. RV. Ex meo omnia
Hæc habeo. Cæterum, Deus bone, quantula
Et ô quàm inaudita in suos beneficia
Mihi retulit collata uestro & à Deo.
Pol sic ubi hæc uerissima esse credidi,
Cupida hinc migrare & aduolare illuc, fui.
OR. Fuit mihi idẽ animus quidẽ semper. NO.
Bona, nihil uos commouent cognatuli?

RV. Tu mihi pater, tu mater. haud ullus est
Cognatulus præter tuos. NO. Sed facilius
Sic consequemini uiros, cum filiæ
Estis bonæ, bonis item prognatæ. at id
Quod aucupantur huius ætatis proci,
Dotem puto ingentem, parum est. nihil sed est
Quod conquerantur cæteris de dotibus
Naturæ, adultæ cum estis, & formosulæ.
RV. Me suspicaris uelle nubere uiro
Vnquam alteri, quàm præter ex te mihi datum?
Id absit à me. NO. Ineptin' hem? nũ ex me uirum?
Nonagenaria pareret tibi uirum?
Ridiculum id est. Esto tamen, puellulus
Gignendus esset (nugæ) ab hac iuuencula
Nonagenaria: sterilis certe, prius
Quàm masculesceret puer, foret utraq;.
Morare. OR. Pol, nil uerius. NO. Consultius
Est uos redire in genus uestrum ferè
Nullum: sepultum semper optatis, quod &
Bene stabile, æternumq; forsitan foret.
OR. Credito mihi, non dimouerer à tuo
Latere, nisi istud me moueret. RV. Hau, quæ ais?
Tun' dimoueberis? NO. Rogo, comitare tu. (oderint
RV. Te? NO. Illã. OR. Aedepol mater (ita me omnes
Dij) redirem, sin id urgeret. Vale
Itaq; diu mater. NO. Vale & tu filia.
Det tibi Deus concordiam cum coniuge,
Quẽ sortitura es. RV. Siccine abscedis? OR. Vides.

NO. Tu sequere eã, ut cœptũ queã confi
RV. Sequerer ne ego? ne unũ quidem latũ
Te dimouebor, quin futura sum comes
Tibi, uel ad imos ædepol manes. NO. Pro
Auertat id Deus optimus maximus. RV.
Tamen. N. Ais ad superos. R. Mihi placet.
Sententia est. cum fabulando triuimus
Tempus, adeundo resarciamus id ocyus.
RV. I præ, sequor. saltem impera, & fac

ACTVS TERTIVS.

Lerna.

NEmo ædepol me astutior, uel cautior
Nemo est meo in quæstu. Oenopolas quos
Primarios etiam, ego respuo fœmina
Præ me. Scio si transuehi accidat
Potentiorem heroa, & heroida etiam,
Diuertit hic potens ad œnopolia
Frequentia, & iuxta forum posita, ut pote
Sic scilicet uideatur à quibuslibet,
Famulitia hinc solicita sunt ob istius
Aduentum. Item postquàm parata mensa sit
Sybaritica, aut etiam apparatu Persico
Pulchrè apparata, tum potens mensæ assidet
Solus, alijs astantibus: de quolibet
Hic apparatu paululum gustat. proin
Idem apparatus obferuntur cæteris,
Tum seruulis. Papæ, quàm auidi cibi hi
Sunt? namq; Betylum uorarent: purpura

Vor

Voraciores, credo. Sic superest nihil,
Quo seruuli & ancillulæ famulitio
Laßi, queant stomachum latrantem reddere
Placidum. Insuper cum ad calculum sint singula
Vocitanda, uix caupo audet officio suo
Fungi, imò præfinito uix audet loqui.
Quicquid datur, sæpe accipit: uultu quidem
Hilari, animo sed non satis placido. Itaq;
Conducitur magno domus, similiter &
Famuli. Quid huic? nonne nimium debitum, illico
Profugium habet certissimam comitem? mihi
Quidem uidetur: & omnium experientia
Rerum magistra, docuit id quàm plurimos.
Ego quidem his astutior domunculam
Pecunia emi mediocri pone mœnia.
Quid mihi rei isthoc cum foro est, quod cum meo
Quæstu usq; dissidet? Nihil quidem, quia
Hi qui uideri non uolunt, primum obtinent
Locum mea in domo. nam ab his mihi ædepol
Pecuniæ non minima portio uenit.
Ipsi si enim deuerterent aliò, meus
Frigeret omnino mihi quæstus. Sed id
Ne fiat, artes mille sunt notæ mihi.
Bona pars meorum sunt iuuenculi, patrum
Qui sunt sub imperio: eidem modo quæritant
Hospitia clancularia, ignorantibus
Parentibus possint suo pro ingeniolo
Viuere. Etiam sunt mihi aliquot puellulæ,

Formæ quidem non mediocris, uicinæ et
Accerso, ubi ueniunt mei, perpol proba
Istos, uti in nassam bene illectos teneam,
Et nostræ inauctorant scholæ. Et si quan
Supersit illis æs, fides negatur haud
Ipsis: ea lege attamen, redeant breui
Pecunia præsente. uel si adhuc deest,
Quicquid queant subripere clam parent
Id adferant. sic neq; Ceres, neq; caro huic
Vnquàm deest, cum clanculum hanc ex h
Isthanc item ex tinis ferunt furaciter.
Sed quid mea unde? modo habeam, grati
Deniq; malorum omne genus ad me non
Confluit, uti ad Lernam Atticam omne
Quare inditum meritò est meum nomen
Ditescere at qui uult, opust à quolibet
Accipiat ulnis obuijs lucrum, nihil
Curans de honesto. Quid mihi, si appellitem
Subinde me Lenam? parum est discriminis,
Num Lerna uel Lena uocor. At plaudo mihi
Postquam meus quæstus calet: quem mihi
Stabilem peto, & perpetuum. Is ædepol mo
Recte se habet. nam sunt mihi hospites duo
Boni nepotes. Cœpi modo susurrà,
Quæ uana uellem: scilicet quòd patris
Ipsi exulant, & per latrocinia, etiam
Furta, in animo esse hic uictitare. At stultu
Magni æstimo id? tales si enim propellerem,

Exclud

ex cluderem, ædepol mihi res ad colum
lico rediret. Quod quidem aiunt adfore
Genium Temesæum, in diem istud est. Neq;
Hæc tractitet secum in animo, ditescere
Qui uult. Sed hem? num uideo eos? certe quidem.
Transcurso opust hinc ad forum ocyus mihi,
Deinde ad macellum, obsonij ut quid comparem.
Pol, polyphagos hos dixerim uere: usq; enim,
Quid edat, rogat. Siccine moror? lingua ubi agitur,
Victoria est mulierculis certissima.
Nam lingua ubi soluta sit, nescit modum
Silentij ullum. Sed ego ne loquacula
Videar eis, forum adeo quàm citissimè.

SCAENA II.

Attabas. Numenius.

MOdo hercle non ad clepsydras paratus sum
Confabulari: pomeridianum sed
Tempusculum hoc transigere fabulis totum
Libet, & quidem illis continentibus. NV. Sanè
Ne continens sis metuo. AT. Vah, calet lingua:
Nec bos, foret quamuis Batauus, haud linguam
Tamen coerceret. NV. Quid? Attaba hem, tu quæ
Tibi, nemini, heus audin? caue. Nam henas, nosti,
Repetita fit chilias. AT. Tun' arbitraris me
Quidquàm? id mihi religio maxima esset. Scin
Casiùs meos enucleare, tanquàm rem
Sacram: tibi libet. NV. Agito id. AT. Parentes hic
Aiunt nihil magis salute gnatorum

Desiderare. Sed meos magis credo
Sitisse perniciem meam (impium quamsi
Sentire talia de parentibus sit) quam
Salutẽ. NV. At heus, credi id potest: Par
Sunt usquam intantum improbi, improbi
Qui filium? haud credo quidẽ. AT. Prius
Audito, tum dicas id. Hercle uix quinq;
Decembribus nato, mihi exhibet gnato
Pecuniam matercula hæc. nuces mercor,
Lusurus his cum æqualibus mihi. uerum
Iaciendo in orcam, mihi perit statim gr
Nucum omnis. Hic puer reuertor ad ma
Exigo pecuniam: dat ipsa quàmplurimu
Itidem facit plus milies. Nuces uero
Vbi reliquerам, atq; traderer cuidam
Probo magistro, allexit haud scio qua
Re, stulta matercula puellulum inuitum.
Vt salices capesseret iugum gnatus
Scholasticum. Puero placet, duce & ma
Adeo magistrum primitus mihi blandum.
Postea ubi me panaria laborare
Temulentia uidet, suum probe munus
Facit, uel Orbilio ferocior quouis.
Non ausus id matri referre, compulsos
Feci meum officium: & quidem probe. N
Ne quidpiam manare posset ad praetum
Hunc plagosum, sedulò hercle caui, dam
Illud rescitum iri arbitrabar. At quando

ad eam putabam fore, redibam ego rursus
impigre ad ingenium. Hic ubi modum uero
Filium facit, puer hic satis superq; audax,
Patrem rogabat: si superstitem uellet
Me gnatulum, retineat à schola saltem. (ter?
NV. Sed quid animi mater tũ habebat? AT. Hẽ ma-
Vltro patrem accessit, aliquid suo gnato
Blandulogat modo obsecrans, & hunc saltem
Puerum sinat uiuere sua uoluntate.
Nam non necesse habes tuo marite, inquit,
Cogitare pro imperio omnia. Ipse tum durus
Coepit preces retundere ipsius. Tandem
Vero improbis orationibus uictus,
Gerito ipsam curã filij, inquit. utrum aut hic
Saluus sit, aut perditus, ad hunc nihil spectat,
Curato tu. NV. Quæ nã Attaba hæc fuit Gello? &
Hiccine pater? qualis fenestra aperta hic tum
Fuit tibi ad nequitiam? AT. Id exitus multum
Probauit. liberum tum enim factum est
Mihi, meam inclinare quólibet mentem,
Quia exulabat natibus seuerus tum
Orbilius. hinc cum æqualibus meis, buxo
Certare, globis, atq; item pila coepi,
Quæque animus affectabat exequebar. NV. Num
Et paruus inuisere soles suburras? AT. Non,
Quia illud ætas uetuit. Ex ephebis sed
Postquam exij, penitus huius inquam tum
Ingeniolum scisses. Quia huic fuit cura

Tunc

Tunc unica, experientia doceri, quid
Aut senio ferret lucrosus, aut quid nam
Damnosa raderet canicula. NV. At numi
Vnde? AT. Vnde ais? mater pecuniæ plus
Satis administrabat, patre inscio. NV. Nu
Pater resciuit postea? AT. Nihil quidquam
Imò si aliquid subinde is, conniuebat. NV.
Nimia φιλοστοργία parentis. Omnino
Exuere sic patris animum, patrem? AT.
Serò modò conqueror. uterq; tum mortem
Moritur parens, hæres relinquor ex asse
Solus, nihil relinquo in ædibus, nec uas,
Nec uestimentum, imò nec ollulam, quin mea
Corrado quælibet. Deinde seruos &
Ancillulas produco, uendo. mercede
Inscribo item ædeis, talenta congessi
Plusquam uiginti. NV. Vah, tot æris uni ne
Homunculo suffecit? obsecro quî iste
Tibi perijt tantus pecuniæ cœtus?
AT. Id audies. Moritur parens uterq;, ut mox
Dixi: & quidem expectatus. Attalo me tum
Opulentiorem credidi. NV. Mihi Plutus
Sanè fuisses. AT. Nortiæ arbitrabar uel
Me gnatulum, cui nullus esset æqualis,
Cuiq; omne liberum foret. NV. Papæ, mira &
Praua arrogantia diuitum. sed enarra
Quæso, unde tam subita opulentulo euenit
Tibi metamorphosis, beatior Cræso ut

Euaseris iam Irus? AT. Scies, modo posses
Tacere. prouocare in aleam audebam
Tum quosuis, imò sorte maxima quauis
Apposita. ego solus monarcha regnabam,
Tanta potens pecunia, nec audebat
Quisquam aleæ certamen aggredi mecum,
Vel prouocatus. cæterum aduenit quidam,
Nescio quis. NV. Is ne erat opulentior te, uel
Potentior? AT. Nescio quidem, ast eundem me
Potentiorem uel fuisse, monstrauit
Rei exitus. Paratus hic erat mecum
Sortem aleæ experirier. Fuit nobis
Præscripta lex, ut quisq; senionem uel
Coum iacit, tum alter talentulum ponet.
Qui uerò chium uel caniculam mittit,
Idem talentum poneret. sed is qui tum
Venerem iacit, bene cumulatum aceruum idem
Tolleret. utriq; lex placet. rem adimus, non
Auib. bonis. NV. Malis? AT. Monarcha nũmatus
Διάκενος illinc abeo. NV. Ain Attaba? et zona &
Re perdita? AT. omni. NV. Ex gnatulo priuignus est fa
AT. Verus. NV. Sed id merito quidẽ tuo. scisti (ctus.
Namq; Venerem non conuenire cum uxore
Summi Iouis. Iunonius, potens, stans pro
Iunone, quando eras monarcha, uelles ne
Venerem tibi propitiam? Iniquum id est hercle,
Beneficium exoptare ab hac, cui nunquàm
Benefeceris. contrariæ imò cuius tu

Parti

Parti faues. AT. Riden' Numeni in hac re
Misera, tum iniqua? NV. Iniqua ais? ma
Alta repostum odium hercle iniquæ in A
Iunonis. AT. Haud æquum facis, dolente
Rides amicum: credidi dolorem esse
Communem amicis. NV. Doleo maxime
E' poculo lætor bibisse eodem. nam
Iniuria Veneris uterq; rem nostram
Haud pœnitendam amisimus. Mala arbitr
Communia esse mitiora. Sed quod sors
Fert, animo id Attaba feramus æquo. In re
Enim mala, iuuat animus bonus multum. A
Credis animi quid deesse? Si hercle feruere
Militia, haud facerem pili quidem. Sed nun
Ex Attaba fiam Irides miser, cum sim
Laboris inscius. NV. Ecce me: sequi si huius
Dogmata uoles, nunquam Irides eris faxo.
AT. Ego, si modo posses, nihil recusabo
Laboris, efficiendo quicquid obtrudes.
Famelicus namq; peteret uel è flamma
Cibũ. NV. Viden' nostram? AT. Quã, heu
Ipsam. AT. Ain? quid'nam
Operatur? NV. Ostia ambit, ut solet. AT. N
Loquax? NV. Loquacissima. Negocium fr
Sit ad forum, sæpe annus est priusquàm illinc
Redeat. AT. Ita est. NV. Hinc audiamus h
Quid garriet. Desint si huic quibus narret,
Quicquid animo gerit, experire, num longo

Sermone

Sermone id aut lapidibus, aut luto dicet.

SCENA III.

Lerna.

HAha, hæ mihi iam nunc quidem ex animo libet
Ridere, cum uideo omnia ex animi mei
Sententia succedere. Haud credo deos,
Etiam si id intimè uelint, posse alicui
Magis esse propitios. cui quæso citius,
Aut etiam abundantius opes obtrudere
Possent, quàm huic modo faciunt? Pol nemini.
Sustineo sola familiam lautissimam,
Et id quidem paruo meo quæstu. Attamen
Carissimam annonam fuisse nemini
Latet. Quid at modo faciam? ditissima
Fiam breui est necesse. Nam baculo licet
Pecuniam propellere optarem, haud secus
Atq; inquiunt Græcos famem solere, pol
Minime ualerem. Annona nam uilissima est.
Hodie ubi deueni in forum, concurrere
Cupediarij, coqui, cætarij:
Offerre non, sed potius obtrudere mihi
Merces uidebantur. Papæ, quam subita mox
Mutatio rerum, ex inaudita cibi
Pœnuria, per maximam ecce copiam.
Obsonij tantum emi ego, quod uel nouem
Hospitibus esset satis, ut arbitror, tribus
Argenteis. Hinc mihi lucrum est uberrimum.
Causabor annonam esse caram, id arguet

Mecum

Mecum prior rerum indigentia. At pol me
Floccifacient id hospites. non sunt enim
Vt κυμινοπρίσται hi, qui uel ob minimum
Tragicas cierent, alteri parui Hercule,
Turbas. Mei tum liberales, tum boni
Homunciones sunt. qui enim nos calculum
Facimus, placet. Quidquid deinde asscribo
Pro edulijs, haud displicet. Demum ædepol
Creta mihi sulcata est: ita & subinde ubi
Incaluerint potu, duæ à me lineæ
Ducuntur unà. hi calculo facto nihil
Obmurmurant, imò satisfaciunt probè.
Tales ego blandiloqua blandis attraho
Semper mihi uerbis. meus quî tum potest
Iacere quæstus? imò quid uel obstaret,
Quin ego opulentula ero breui? At manet
Tempus, me ut hinc iam conferam ocyus
Struxisse dudum namq; oportuit thoros.

SCENA IIII.

Attabas. Numenius.

TRiuenefica hinc siccine abijt? capiti Nu
Inepta garrijt? NV. Peroptime, at dixin
Hoc fore? AT. Mea sententia quidem nobis
Mutandus esset mox locus. NV. Locum dicis
Stulte sapis, tutius ubi pararemus
Nobis asylum nescio. AT. Sed hercle isthæc
Vel satrapen exenteraret. NV. Id credo
Quidem. Sed audisti ne sæpe, quod partum

male, male id rursum subinde dilabi?
ignũ iam habet patella operculũ. AT. Quid tum
Numeni habes uel male pecuniam partam?
NV. Nonne id tibi dixi, me huic rei totis
Incumbere hic neruis, quo ὁδοιδόκος priuem
Non segniter pecunia uiatores.
Mecum edere si uelis, animust ut hos uiatores
Non segniter spolies pecunia & uita.
AT. Vita? satin sanus es? NV. Opinor occisos
Mordere non posse. AT. Au, modò scio quorsum
Tendas: nec hic me defuisse tentabis.
NV. Probo. Cæterum si quidpiam quit auferri
Domino inscio, audin? auferes id impune?
AT. Nescio. NV. Scies, uel à me abi. AT. Virũ dices.
NV. Scis quid uelim modò facias? AT. Id autẽ quid
Est dicito. NV. Non te illius puto ignarum,
Quod seruulo silicernium suo iniunxit.
AT. Numen quod & Cereris suo Deo asscripsit?
NV. Recte tenes. Demessione facta, audin?
Hic moris est habere in ipso agro æquatam
Satis aream, in qua uentilant suas fruges.
AT. Ab acere scilicet. NV. Tenes. in hac condunt
Frumenta temporis aliquantulum, donec
Sit inacerosum, quicquid ex agris illuc
Potuere congerere. AT. Scio. sed heus, quid me
Vis facere? NV. Dicam. fortis es, deinde aptus
Præcipue ad hanc rem quam paro, ibis illuc tum
Videns, ne conuasare quid queas noctu.

AT. Hem. scis' ne quid uel de latrunculis
Ab area arcendis loquutus hic sit? NV.
Stolide, putas' ne hos posse deprimi
AT. Scio. At loci insciu sum ego, atq;
Inidoneus. NV. Docebo te locum, &
Modum. Tu huic dabis operam rei,
Dabo interim alteri periculi multum
Maioris, ut qui exercitatior, nec non
Loci & modi mage conscius. AT.
Mercurius adsit modo. sed. N. Hē tibi
NV. Mercurius interuenit. A. Ain?
Silicernij seruus? NV. Tenes, facessamus
Hinc. Nam ut diei tempus est, morari
Credo hospitam, ut quæ lectulos modo

SCENA. V.

Eudulus.

NAe stultus est, qui se manus credit
Effugere posse pedibus humanis: licet
Accipitre sit pernicior, longæ hercle
Dei manus, necnon ineuitabiles.
Expertus id sum hodie. Ego nam
Reuerterer: uideo duas mulierculas
Antè præeuntes, cupidus has dinoscere,
Præeuntibus quantum queo, insto,
Saluto, cognosco resalutantes: erat
Nostras Noemi cum nuru, ut dixit,
Hanc de Elimelech rogo, mortuum

Dixit. Quid & sic sola nudaq; ueniat,
Interrogo. flens tale responsum dedit:
Egressa sum plena, uacuam iam me Deus
Reducit. Illius hercle fortunæ oppidò
Modò miseret me. ut quæ solet numerarier
Inter opulentulas, modò pauperrima
Redeat. Herò hæc cur cesso nunciare? nam
Fortasse paupertatulæ huius obuiam
Ibit. Tamen uereor ne conspirauerit
Tenacibus pecunia Plutis: quibus
Quanto est pecuniæ magis, tanto hercle sunt
Auientiores ad rem. Egenus atq; si
Quicquam poposcerit, audit ilicò male
Ab eisdem. herum tamen meum illis imparem
Spero. Monet tempus, domū ut me hinc conferam,
Ne si hic diutius modo subsisterem,
Cum aduesperascit, fortè post festum adsorem.

ACTVS QVARTVS.

Eudulus.

Multa hercle adhuc nox est meis oculis, idem
Et solitudo huius fori arguit. Solet
Enim die crepusculo frequentibus
Forum scatere operarijs: nullum modò
Video. Quid hem? ni ambigua lunæ lux sit, aut
Hic ædituus indoctè, ut solet, modò rexerit
Horologium, uix tertia est. Ego dum nimis
Herò obsecundare studeo, multum meam

Defraudo naturam. Quid hic modo faciam,
Ignoro. Obambulare liberum est mihi hic
Ad satietatem usq;. Si operarios enim
Manere, uti certum est, uolo, discedere è
Foro haud licet. Sed heus, Noemin & nurus
Quas tamen ob hesternam profectiunculam
Scio defatigatas fuisse oppidò. Equidem
Ita est, adibo interrogans quo'nam uelit.

SCENA II.

Noemi. Ruth. Eudulus.

Nemini ego plura acerba suspicor homini
Vnquam accidisse, quàm mihi mulierculæ
Oblata sunt. heu me miserrimam, hanccine
Non licuit unà cum uiro atq; filijs
Posuisse uitam? haccine ego caussa tantum erat
Cupida reuertendi in solum natale? cui
O quanto erat præstabilius, gentium ubiuis
Vitam agere, quàm huc redire, & hanc pe[illegible]
Pati. Etiam & in patria datur stabulare sub
Dio. Num id est itineris exhausti, Deus
Bone, præmium? rogito inopis te nunc mei
Miserescat. RV. Obsecro bono mater animo
Sis. Satius ædepol fuisset, arbitror,
Huc non migrasse. Sed tamen quando hic sumus
Quæque obferuntur, perferamus ea animo
Aequo. EV. Noemi hem. NO. Me Noemi nomine
Pol, falso id est nomen mihi inditum. Quis es?
Ho tu'ne es Eudulus? EV. Tenes: quò tenditis?
NO. S[illegible]

NO. Sanè haud scio quò tendimus, fermè ubi sumus
Ignoro, tanta me ægritudo oppressit. EV. Hem
Quid ægritudo? quæ'nã ea est? NO. Dicam tibi,
Intrasse me nosti die hesterna oppidum. (EV. Id
EV. Crepusculo noctis, scio. NO. Vacuam quidem.
Dolui etiam. RV. Fortunæ id inconstantiæ
Asscribito. NO. Siccine fuit Rhamnusiæ
Pro ludo, huic uetulæ nouercari, ut etiam
Ne obolum reliquerit, unde restim emat? equidem
Hæc iam mihi foret expetenda maxime,
Si hominis nihil superesse post mortem, citra
Putidum cadauer crederem. EV. Quæso bona
Verba, neq; fortunæ imputes: cum quicquid est
Tibi, credito, infortunij, id tibi à Deo
Penitus profectum sit, etiam ne dixeris
Tibi esse eundem iniurium: quia fortè uel
Maiora de illo merita es. RV. Hem, tun' hanc, bone
Vir, in Deum peccasse diceres? NO. Volo,
Commeruimus malum: attamen dignum hisce uel
Iniurijs nunquàm. EV. Deus nouit. NO. Quid hẽ
Vetula aliquid committeret, quamobrem fame
Periret? EV. Id nunquam sinent cognatuli.
NO. Pauperculis cognatus est nullus. nam heri
Dum ueni in urbem, quia pecuniæ nihil
Mihi erat, adibam alicuius ædes misera, quem
Mihi suspicabar esse uel primarium.
Pepuli fores grauiter quidem. EV. Scio ueterem
Ob familiaritatem id egisti. NO. Tenes.

Mox prodit hospes, me rogans quid'nam ...
Tibi loqui, dico. fores aperit, rogat
Quæ sim. Ego, Noemi. Quæ Noemi? ...
Non noueris, dixi. sobrinus tu mihi es.
Cognata non est nomine hoc mihi, quod ...
Respondit. EV. Hunc fortè ob diutinam ...
Absentiam, nomen tuum præterierat.
NO. Quid si apud Hyperboreos talentum ...
Mortua reliquißem, an'ne uir bonus ille ...
Bene nosceret? Sanè, & quidem memoriter ...
Meã usq; progeniem, ab auo atq; atauo ...
Bene numerãs. EV. Bona uerba quæso. NO. ...
Potius. E. Noemi perge narrare. NO. Qui ...
Verbis? meos homini misellula aperio
Casus. EV. Vt euidentiora scilicet
Indicia noscendi te haberet. NO. Id tenes, ...
EV. Quid deinde? NO. Quid deinde quæ ...
Oratione satis quidem longa eloquor,
Concludo, nil pecuniæ mihi esse. EV. Quid ...
Nihil obtulit? NO. Nihil. E. Nec hospitio ...
NO. Imò nec agnoscit. Die sed crastino
Nos latius confabulaturos, mihi
Promittit, hac de re. EV. Interim hospitio ...
NO. Quia egẽs, relicta misera sum: ignoratur ...
Nomen, ego negligor. Vide quid'nam facit ...
πενία omnib. molesta. EV. Vbi hac nocte ...
Nacta es? NO. Vbi? sub dio. EV. Deus bone ...
Quàm pœnitenda incurrit humanum genus ...

...uixerit diu. NO. Atq; si cognatus id
...egit, quid acturos putas alios? RV. Bono
Mater animo sis. hunc dolorem ponito.
Ego cellulam parabo conductitiam
Nobis. NO. Sed unde uictum, & hospitij quis hem
Ius soluet? RV. Ipsa nendo, noctes & dies
Operamq; dando, nos alã ambas. NO. Quæstus is
Friget modo: nec possis hinc corradere
Ius filiæ hospitij. EV. Aedepol nimis anxia es,
Hæc consulit bene, eius exequitor, rogo,
Consilium. RV. Ita interea aliquid fiet scio.
NO. Id aliquid est nihil. Sed ut res postulat,
Faciendũ id est tamẽ. EV. Probo hercle, cõmodùm
Operarij huc se conferunt. Vos agite rem
Vestram, his necesse est ut loquar. Habebitis
Me semper hercule, id quod unum ualeo ego,
Cùm lingua, tum mente uobis beneuolum.
Valete. NO. Tu quoq; ualeas. Ruth, qd agimus?
RV. Quicquid tibi lubet, mihi mater placet.
NO. Obambulemus oppidum. RV. Non abnuo:
Nil æquè, ut ocium, mihi cum sit odio.

SCENA III.

Eudulus. Philoponus. Lœdorus.

Mulierculæ huius per Iouem infortunium,
Vel lachrymas extunderet silici. Vide (ambiunt,
Quàm occidua sint bona quæ homines tam auidè
Desiderant. PH. Eudule salueto, quid hæc
Frons tetrica uult sibi? quid? domin' recte omnia?

E. Ita quod sciam. P. Sed hem, quid est quod la
Etiã excutit tibi? E. Elimelech uxor. P. Q
Nũ Elimeelch reuersus est? E. Quàm uellẽ. L
Tu lachrymaris, sin minus diu ualeat? E V.
Nunq̃ hercle posthac male habiturus. P H. O
Te Eudule, quid'nam ægri in animo tibi sit
Ne animum meum diutius suspendito.
L OE. Idem obsecro. E V. Vidistis has mulier
P. Mox in foro: uidi. L OE. Atq; ego. E. Noemi
Altera nurus. P H. Cuius? E V. Noemi. P H. Eli
Cum filijs aderat'ne? E V. Dixit mortuos
Esse. L OE. Id'ne fles? quod si adforent iuuenes
Iniuriæ nihil ortum. E V. Ain? L OE. Si Caspi
Vixisset, inclusus, fame confectus is
Dudũ fuisset. E V. Riden' heus? L OE. Nequa
Mos Caspijs, sexagenarios fame
Conficere, scilicet. imò erat genitus, ut &
Moreretur. E V. Id nullus negat. Sed alia res
Est. P H. Explica obsecro. E V. Eius uxor redi
L OE. Plures idem efficient scio. E V. At tali her
Fortuna, ut eius te recusares fore
Riualẽ. L OE. Ob id misera arbitror. E V. Miser
Nam neq; obolus, restim quo emat, superest ei.
P H I. Non dicis id. E V. Nihil magis. P H I. Mu
Tantan' Deus bone rebus insit? quàm male
Fortuna sæuis, lubrica & uaga. Ne obolum
Reliquum esse, tantum habuisse? L OE. Tali miseri
Nil miserius dici potest. P H I. Sed obsecro

Te Eudule, quî illi perijt substantiæ
Tã magna portio? E V. Deus nouit. P H I. Neq; id
Retulit: tibi E V. Id quod retulit, narrabitur
Tibi postea. Prius uolo rem agere meam,
Verba mihi ne lucrifaciam. Dicite mihi,
Operarier uos uelle falces arguunt,
Vultis'ne heri demetere fruges? quantum enim
Quisquam suis operarijs dederit, is &
Vobis dabit. P H. Iamdudum id optabamus, ut
Qui sciuimus nobis ab ipso opellulæ
Solatium promptissimum esse. L OE. Tun bone
Vir, opellulam uocitas? P H I. Labor non est labor,
Mercedem ubi recipis. E V. Probe dicitis. Agite
Adeamus agrum: hic uos labore, ego fabulis
Tempusculi molestiam triuerimus. P H. Id
Nobis placet. Sed num puellulæ tibi,
Frugem ut? E V. Scio, sunt, uideo herũ. Quàm ocyssime
Abeamus hinc. L OE. Is non potest uidere nos,
Quum non habet uitreos ocellulos. E V. Male
Dicax, num herum rides? P H. Id ingeniũ hominis
Est hercle. E V. Lœdorus, papæ, ingenium audio
Cũ nomine optime quadrat. P H. Rem ipsam tenes.

SCENA IIII.

BOOS.

Fidem quis in seruo, obsecro, unquam quæreret?
Num rara auis seruus fidelis? Quis hominum
Id diffiteretur? Fidelem isthunc meum
Dico esse, si quisquàm alius. Ad quæuis quidem

Negotia expedienda non ineptus est.
Credo, suæ non parceret uitæ, modo
Posset mihi prodesse: tantum abest ut ab
Hoc luderer dolis. apud me est hercule
Illi fides tanta, ut etiam si posset, haud
Me falleret credam. Quid eius prædicem
Laudes? Mihi est & nomine & re Eudulus.
Sanè mihi est monosyllabus. Nam iniunxerat
Illi die hesterna, ut operarios modo
Conduceret laboriosos, obsecro
Quàm is habuit id curæ? Mihi, ne forsitan
Oppressus alto somno is, id minus bene
Curasset, hercle cura somno inimica non
Defuerat. Experectus hunc uoco, uolens
Hominem excitare. at ille nil contrà, insolens
Quidem id facit, mecum inquio. Ipse aliquid
Iratus è lecto prosilio, & ad
Cubiculum eius pulsitans grauiter fores
Prorepo, nec quenquam audio, cubile item
Cerno uacuum. Quietior recipio me in
Lectum ocyus, mecum inquiens, eiusmodi
Seruos nequaquam esse minimum decus ædibus
Ego semiplena luce ubi resplenduit
Sol, uestibus me uestio, atq; huc ad forum
Venio: nec hic uideo uirum. De eo hos uires,
Nisi ruri enim scirem esse, percontarer. At
Certum est mihi illuc ire, sacrificium ubi
Diluculare sit absolutum, id in animo est.

SCENA V.

Numenius. Attabas.

Modò Attaba audin? ipsa res manus poscit.
AT. Qui sic? NV. Rogas? ea' ne excidêre quæ dudum
Dixi tibi? AT. Quæ' nã? NV. Hercle dixerim Lethẽ
Te uerius, quàm hominẽ. Seni areã? AT. ah, tãquàm
Nomẽ meũ. NV. Nũc demũ opus tua exprompta
Astutia. AT. Hercle exprõpta bellule, nãq; hac (est
Mea periere talenta. Sed uirum dices,
Modo mihi significes locum & modũ. N. Laudo,
Portam hanc biturritam uiden? AT. Nisi credas
Oculos mihi deesse. NV. Ea exeunda est à
Cœna tibi. AT. Villam haud scio. NV. Mane, postq̃
Exieris hanc, ædificio eleganti ædem
Extructam ad hanc manum uidebis, illæc est.
AT. Itur' ne eò per publicam uiam? NV. Itur. Sed
Exorbitabis tu sciens. AT. Scio. Nempe
Priuata res quia geritur, uia utendum est
Priuata. N. Ita' st. AT. Quid si areã insciens tũ non
Inuenero? NV. Inuenias facillime faxo,
Graminea, quam diximus, ubi uia hæc esse
Desinit, habet semitam frequentem ab utraq;
Manu, una ducit ad aream, aut ædeis,
Altera sinistra, hac sursum ab ædibus tendit,
Hac facito iter. AT. Tun me iubes aberrare
Ab ædibus, quum pone eas tamen præda
Deliteat? NV. Haud scis quò uelim. prius totam
Rem audi. Via isthæc te in nemusculum ducet

Villæ

Villæ obiacens, latitabis usq; in hoc, donec
Tempus aliud poposcerit. AT. Scio donec
Operarios somno obrutos putem. NV. Re
Descendito tum per nemus, domum uersus
Ibi area est propter, tu in hac tibi iniunctam
Rem deniq; efficito. AT. Sed haud scio, quo
Fiet modo. NV. Faxo scies. Solet talis
Res aggredi à primatibus uiris huius
Sectæ, priusquam inimica lux propinquaret
Ego id uolo à te ante mediam aggredi nocte
AT. Proflare toto pectore arbitraris tum
Operarios somnum? NV. Tu eos negas esse
Homines? Die non segniter laborare, &
Noctu excubare, suspicaris humanum
Id esse? AT. Quid si officij id, alteri cuidam
Acheronticus commiserit? NV. Quid & si
Cœlum ruat? Veruntamen suus cuiq;
Est uillulæ οἰκουρος, tibi est is obiecta
Placandus offula, periculi fortè
Ne quid latrando tibi parare posset. Tum
Vero. AT. Hẽ tibi. NV. Quid? laudo. cæterum
Scies. AT. Placet, modo Lauerna conatus
Iuuerit meos. NV. Iuuerit, scio, modo audax

SCENA VI.

Noemi. Ruth.

Profectò uere dicitur, spem fomitem
Laboris esse. hæc deambulatio licet
Parum laboriosa, quàm me anum male

Affecit: ædepol mihi profectio
Hesterna ludus, non labor uisa est: præ ut hæc
Hodierna, qua quid mihi laboriosius
Esse potuit nescio. RV. Ita ais mater? Satin
Sana? stadio tu comparas passum? NO. Mihi
Spes, filia, alas addidit tum. Hanc uero ubi
Viderimus esse uanam, & alas & animum
Abiecimus. RV. Non uana: quin habeas agrum
Incolumẽ adhuc. NO. Pol neutiquã degenerẽ: is est
Neglectus æquè ut domina: glaream, haud agrum
Dicas: decem annis uomerem non passus est.
RV. Attamen ubi uoles, ab hoc pecuniæ (Parum
Aliquantulũ abrades. NO. Parũ id quidem est. RV.
Habere præstat, quàm nil tamen. Aureum
Numisma, quantumuis etiam exile, esset &
Mendico opes Pactolicæ. Ipsa uero, ubi
Vir ille dixit esse nil quod conqueri
Posset Noemi, agrum quum habet, qui uel suæ
Iniurias pœnuriæ propellere
Potest: statim exilui animo. Atq; (ut dicitur)
Me prouolutam ad Miluios uidebar. id
Et tacita mecum agens, Bene actum est, salua res
Est: ego laboribus, & ager prouentibus,
Saluæ sumus. NV. Prouentus ille erit admodum
Paruus. RV. Pusillitati ego eius obuiam
Ibo, laborando. imò iam certum est mihi,
Nisi secus imperitaueris, prodire rus,
Atq; sicubi nacta fuero philopauperis

Domini

Domini agrum, ibidem colligã ſpicas. NO.
Nam meſſis hordeacea eſt. Et ſanè ego
Congrediar. RV. Id pol non ſinam. Tu quæ
Hic patricia eſſe, ætatis occiduæ etiam,
Modò præter æquum & præter ætatem
Corraderes ſpicas? opus negocij haud
Parui. ſinam? nihil minus facies. Sed hinc
Te conferes intrò, atq; pones (ſi ſapis)
Iſthanc tuam ægritudinem. Nimium es
Solicita de uictu. Deo relinquito hanc
Curam: ipſe enim qui cuncta paſcit, non
Suos fame extrema perire. NO. Ego
Hanc de annuis mitto. Si huic Maalion
Vel Chloelion paruulus in aula luderet,
Nil ægritudinis eſſet amplius. RV. Omnium
Rerum arbiter Deus, ſi id ex re cenſeat
Tua eſſe & inuitæ puellum obtrudet. NO.
Verum eſſe quis negat? RV. Interim
Iſtam cuome ex animo tamen. ne te, obſecro,
Mater mea excrucia. Futuri enim exitum
Deus in ſua unius manu tenet. NO. Ac
Ruth quanta quanta es, ipſa conſolatio es.
Age age tuis parebo dictis, quæ mihi
Omnem dolorem adimunt. RV. Pol
Patienter hunc feras. Dabit Deus huic
Finem. NO. Facillime feram. RV. Recte.
Cuius dolori remedium patientia.

SCENA VII.

Attabas.

Quàm ſæuit irata Nemeſis. uah opulentule,
En pro pecuniaria zona, hunc habes
Modo ſaculum. Rerum uicissitudinem
Quæſo uide. Si hæc hercle præſciſſes, ſcio
Non tua talentula tam habuiſſes uilia.
Sultus malo accepto ſapis. Sed quid egomet
Me concoquo, exedo, in animo uoluens miſer,
Partum alea infami malum? Satius quidem
Puto, ſi quid ægritudinis ſit in animo,
Penitus id euellere. Quid infœlicius
Enim, quàm in ipſis pectoris penetralibus
Geſtare ueros inferos? Quiq; inferi
Horribiliores mente conſcia ſibi? At
Dignus profectò ſum odio ego, cum muliebri
Illhac loquacitate. Noſtra ex re foret,
Obire iuſſa Numenij potius, uiri
Per Herculem uaferrimi. Iuſſit is, ut à
Cœna oppido exirem, aucupandi gratia,
Caſſes enim hos mihi dedit, queis non parum à
Silicernij ſurripuero frugibus, & id
Hac nocte, ſi modo mihi Lauerna ſit
Propitia. Nunc uero exeo, commodius ut
Mihi tempus eligere queam. Satius enim,
Quàm adeſſe poſt mala, oua morari cenſeo.
Omen ſiniſtrum. Proripit ſe huc, cuius in
Igni modo ferrum eſt. Papæ, ſcipionem habet,

Tripes

Tripes animal quo'nam uelit demiror. Hinc
Facillime obseruabo eum, quo'nam iuerit.

SCENA VIII.

Boos. Attabas.

Qui procul ab ædibus operarios habet,
Si non grauetur hos subinde inuisere,
Viæ laborem fœneratum sentiet
Pulchre sibi. Id nunc scilicet me prolicit,
Etiam facit quo iniurias æstus feram
Aequius. Eo illuc uerò nunc, ut quid'nam ag
Sciam. Solet uulgus operariorum enim
Plerunq; heris absentibus, tempusculum ha
Labore, sed magis ocio atq; fabulis
Terere. Meus si Eudulus acquisiuerit
Tales, ne ab ijs latum ibo culmum, imò neq;
Domum reuertar, usq; donec opellulæ
Pensum diurnæ absoluerint. Veruntamen
Habeat licet fide probata operarios,
Nunquam tamen dum uentilauero aream,
Domum reuertar. Nam scio, uigilantius
Præsente me incumbent, ut & noctu area
Libera sit à latrunculis & furibus.
Rem nosciturus itaq; rectà ad uillam eo.
AT. Argis licet custodiam commiseris,
Faxo tamen de præda optima mœreas
Tu, atq; ego triumphem. I, callidum me sentiet.

ACTVS QVINTVS.

Lœdorus. Philoponus.

Philopone tam mane'ne, domum cum serò heri?
Euripus ipsus es hercule, inquiete cum
Isthac tua. PH. Lœdore scin? insomnia quidem (ô
Dormire me haud sinũt. LOE. Quid insomnia ais?
Quàm uellem, ut Arcadicam habuisses hanc modo
Noctem: meæ uxoris nates à frigoris
Iniuria sesquihorulam, uel plus eo
Defenderem. suspicor adhuc, insomnia (cito.
Quæ hæc sunt? PH. Quid id uerbi est prius mihi di
LOE. Apud Arcades insomniorum uisitur
Nihil, inquiũt. PH. Credi potest? LOE. Nihil magis.
PH. Noctem lapillo candido dignam. hercule
Id ducerem fœlicitatis maximæ
Loco, una si talis daretur nox mihi.
LOE. Dabitur, modò illuc demigres. Sed dicito
Qualia fuere insomnia hæc, quæ hac nocte te
Philopone, exagitauere? PH. Qualia censeas,
De isthac peregrina. LOE. Noemi de nuru
Scilicet. PH. Habes. LOE. Mirũ profectò ni parum
Insomniando fuerit huic discriminis
Tecum. PH. Facesse hinc in malam crucem scelus,
Cũ hac opinione parum pudica. L. Quid, scin heus
Quid arbitrer? PH. Facile id tuo ex ingeniolo
Conijcio. Certe honestiorem, uel socrus
Amantiorem uidimus neminem. Etiam
Id dicere ausim ego, quam habet uirtutem, hanc ei
Fore κυπρίδος κέστον. LOE. Per herculem obsecro
Ne factites arcem ex cloaca. PH. Optẽ Eulogum

Te ex Lœdoro. Sed id quod asserui modò
Vel argumentis euidentibus optimè
Docere poßum. Honestius negabis, hic
Vidisse te arbitror aliquam nostratium
Legisse spicas, quàm hæc per integrum diem
Nuperrime. Deniq; quid hanc pellexit huc
Num opes socrus? Sic hercle consultum prius
Eius fuisset inopiæ, spicas item
Colligeret hic modò sedula. Ast quid? num
Spes consequendi hic à socru? Verùm tamen
Nullos huic sciebat esse liberos.
Quid igitur? L. Erga socrũ amor censes? P.
Tetigisti. LOE. Ego demiror ædepol aliqu
Posse facici eiusmodi monstro allici.
Quod si essem ego uiduus, magis quàm
Cuticulæ, pecuniæ rubiginem
Ambirem. PH. Abi hinc cum ambitione
Scin esse Virtuti suum Cupidinem?
LOE. Veneris 'ne is est puer etiã? PH. Cæ
Mortalis est tuus Cupido. Nec ut tuo,
Caduca forma huic placet, sed magè animi
Probitas. Hic arctius proborum hominum
Amore sancto colligat. LOE. Deformis hic
Sit est necesse per Iouem, qui, ut prædicas,
Rationem habet nullam elegantiæ. Liquet
Enim omnibus, simile usq; gaudere simili.
PH. Stultus ego, qui tecũ habeo uerba. Ch
Sermonis infestissimus gladius. Id in

Animo habeo, uidebis hunc Cupidinem
Bene meritum de eadem. At hic 'ne fabulis
Male collocamus tempus? Hinc adire rus,
Vel solis exortus monet. LOE. Philopone, quàm
Operarijs mercedula est solatio.
Quid censen hunc herum priori? prompta 'ne?
PH. Tun' id times? operarios mercedula
Fraudare, religio foret tali arbitror.
LOE. Animũ ad laborẽ dederis hercle. age, sequor.

SCENA II.

Misobigamus.

AEquo uidentur longiores ædepol
Fieri mihi quantumuis æstiuæ, arbitror
Id esse propter coniugis demortuæ
Absentiam. Deus bone, hæc si uti fuit
Dulcis iuuentæ socia, solatium etiam
Potuisset esse meæ senectuti, hercle me
Polycrate fortunatiorem dicerem.
Rem quã habuimus nõ mediocrem à parentibus,
Mirum quidem qua industria hanc tutata sit.
Hæc solitudinis propulsit tædium,
Quæ nunc miserrime angor: hæc. Sed augeo
Mihi ægritudinem. Hercle idem nolle atq; idem
Velle usq; iuxtà mecum huic fuerit. neq;
Forma, neq; dos etiam mouebit me, ut aliam
Ego coniugem unquàm duxero, cum rara auis
Mulier proba est. Tentasse me lætor tamen
Quàm ueritati affine sit, Mulier bona

Pars bona. Etiam de cætero cauebo, ne
Vel sentiam, quàm non sit improba mulier
Simplex malum. Quid est enim quod me ba
Esse ἄγαμον? quid, Generis interitus? duo
Sunt mihi puelli. Venereæ tentigines?
Aetate sum frigidus ego. quid tum? nihil.
Veruntamen permulta sunt quæ me magis
A' bigamia deterreant. compellerer
Vxorculæ, morosa si contingeret,
Libidini inseruire, iam æuo frigidus.
Non possum. agam quiduis prius. Nouim
Seruire multis, sortis esse miserrimæ.

SCENA III.

Numenius. Attabas.

TAntum 'ne inest formidinis, ut etiam
Formidet umbram? AT. Vmbram inquis? [illegible]
spectrum erat
Deforme: sed breuiusculum, niueum caput,
Cætera nigrũ. NV. Fœmina fuit. AT. Gibber [illegible]
Totum fuit corpus. NV. Scio, hordeaceum,
Mirum hercle ni pra dam tibi intercœperit.
AT. Noctu 'ne sola fœmina? haud credo quidem.
NV. Viragines non credis esse fœminas,
Audacia quæ uel uiro non cederent?
Atqui hercle degenerem animum timor argu
AT. Si credidissem ego id fuisse fœminam,
Per herculem intercœpta præda iam foret
Nostra. NV. Ah belle quidem: si fœminam

Fuisse scisset, facinus ædepol uiro
Exercuisset dignum. At heus, quid si uirum?
AT. Aequè quidem. Sed credidi spectrum esse, uel
Dæmona. NV. Periculũ de eo egisses quidẽ. (dos
AT. Præ horrore cõstupui ferè. NV. Quãdo timi-
Statuisse uidisti trophæum unquam? Hercle quod
Si talis oblatus fuisset mihi bolus,
Vel è famelici lupi faucibus, is hic
Adesset ereptus. mihi prædæ nihil
Tunc temporis uisum est, solum uertere mihi
Hercle in animo est. AT. Diutius subsistere hic,
Nunquã scio ex re nostra id esset. NV. Quæso quò
Diuorteremus? AT. Quò lubet: dispice aliquid.
N. quid? hẽ scio. A. quò dicito? N. huc aurẽ admoue.
AT. Hercule equites illic futuri sumus. NV. Habes.
Sed hẽ, quid? audisti 'ne? NV. Sanè etiam nihil
Non his licere, & id quidem impunè, mihi
Dixere. NV. Quid tu? iusq; fasq; esse inquiunt,
Quemuis uiatorem pecuniario
Leuare fasce. A. Quid itaq; hic te detinet? (Regio
NV. Impunitas mali. AT. Hæc ubi est summa? NV.
Contermina huic regioni habet sanè haud scio
Quos Hercules, aut Theseos, acerrimos
Talium equitũ hostes. AT. Ne Hercules cõtra duos
Tamen. NV. Nihil periculi foret ædepol,
Ni doryphoris stipati adessent. AT. Metuis id
Ne? fuga timoris socia tum nobis erit (quoq; est
Subsidio. NV. At heus, qd si comprehẽdimur? AT. Id

Ferẽdũ. ij enim qui aut in rota, aut in cruce
Mortem magis propitiam habent, arbitror,
Qui uel phthisi uel calculo miseram exigun
Vitam. NV. Age age, quando ita accipis, no
Rei exitum experirier tecum, modo
Respondeat linguæ animus. AT. Id re senis
Non tantum enim in loculos, sed in corpus e
Vsq; tibi coniunctissimus ferociam.
NV. Recte quidem. cedet scio in diuerbium.
Coniunctus est suo Attabas Numenio.
AT. Quod si paroemiographus dedisset ib
Per Herculem immortale nobis iam foret
Nomen. Sed heus, accingimur' ne iam iri
NV. Iamiã. AT. Graue & longũ est, ad hec
Parum. NV. Nihil nobis molestiæ, arbitro
Sarcinulæ onus pariet. Viaticum in uia
Nobis erit curæ. AT. Sed hem, Lernæ nihil
NV. Valeat, suum sibi fœneratum sentiat
Munus. AT. Equidem pulchre. Deus, quam
Turbas. NV. Licet cœlum inferis huic mi
Per me: hinc ego facesso. AT. Subsequor libe

SCENA IIII.

Boos. Thaltybius. Prodicus.
Eutrapelus. Misobigamus.
Philopolites.

DOsonis agnomen dehonestat hercule
Virum. Mea sententia, potius uiri est,
Rem habere cum uerbis simul promptissimum

En commodum quos quærito: & Thaltybius hos
Sequitur. laboris plurimum mihi dempserit
Aduentus horum. Vos uiri huc adeste, opus
Vestro mihi est arbitrio. tu Thaltybi
Voca, Polybulum & cæteros accersito
Hinc, patricij ordinis uiros, ego interim
His aperiam sententiam meam. TH. Vin ut
Omnes? BO. Vola, fac sint decẽ numero. TH. Abeo.
Desiderantur septem adhuc, tertius adest
Philopolites. BO. Quid'nam mihi usu uenerit,
Viri, & quid optẽ, iã audietis. PR. Quid nã id est?
BO. Nostis Noemi suspicor nurum, cui
Nomen Ruth est. EV. Probitate rara: nouimus.
B. Secũda ab hinc nocte accidit mihi quid noui ab
Hac. Ventilaueramus aream, atq; tum
Hilarior ipse aliquantulum, me reposui
Iuxta manipulos dormiens. tandem hæc ubi
Me sensit alto, suspicor, somno obrutum,
Prostrauit à pedibus meis semet. PH. Nurus
Noemi id'hem. BO. Sanè. hic ego nocte media
Expergefactus, sentio iuxta pedes (aut
Nescio qd. PR. Hæc erat? BO. Arbitrabar dæmonẽ,
Spectrum esse. PR. Tantum audaciæ puellulis
Inest, ut ad uiri pedes? BO. Mane parum
Audacior, cœpi rogare quis foret?
Respondit intrepidè: Ruth ancilla tua sum.
Necessitate extrema adactæ, socrus & ego,
Compellimur proscribere atq; uendere

Agrum, precamur hunc emas. modo tamen
Hanc tegito pallio tuo, propinquus es.
EV. Edocta sic erat à socru, laudo hercule.
Quid tu tum? BO. Ego laudabã idipsum, ut
Me mite responsum ædepol. Cognouimus,
Ego & meæ urbis quiuis, inquiens, probam
Te esse mulierem, & quia secus quàm ut ætatem
Puellulæ, non concupiueris uiros
Aetatulæ tuæ idoneos magis, ideo
Non defetiscar unquam ego experirier,
Donec tibi quod me petis confecero.
Sed alius est propinquior me, huic aperiam
Rem omnem, arbitris præsentibus, si is abnuat
Ecce ipse adest, qui hanc tibi adimet curam.
Viuit Deus. Vos itaq; in hac re mihi uolo
Testes & arbitros. EV. Probe facis quidem.
BO. En aduenit propinquior me. EV. Quid
Misobigamus noster? BO. Tenes. Quod si mecum
Præsto forent alij uiri, iam arbitrio
Defuncti abiretis. EV. Scio, mox præsto erunt.
BO. Misobigame huc ades, assideto paululum.
Est quidpiam tecum rei mihi. MI. Mecum? BO.
BO. Tecum. EV. En adest Thaltybius, atq; cedo
MI. Quid'nam? BO. Audies statim. Assidetote
Vt & mihi hac in re arbitri & testes sitis.
Res, quam paro, communis est Misobigamo
Mecum. Elimelech demortui uxor uendere
Exoptat agrum: id tibi aperire statuimus,

Senioribus præsentibus. Nouisti enim,
Quantum subinde pariat & periurij &
Bolesiæ, isthæc clancularia emptio:
Quàm uenditori genere proximus, interim
Vel panis excitus bolo, temerare non
Vereatur aram, qua nihil uel sanctius,
Imo uel antiquius homuncionibus
Existit. hunc si empturus es, mihi dicito.
Quod si secus de hac re tua est sententia,
Respondeas mihi, ut sciam quid'nam ego agitem.
MI. Prouentibus dominum annuis ager beat:
Cum scrinia interim pecunia futilis
Rubigine inficit. emam agrum. BO. Laudo quidẽ.
Nosti'ne mantissæ quid agro uendito
Oportet accedere? MI. Quid? BO. Id dicam tibi.
Quicunq; agrum emerit, Ruth ipsius nurum
In coniugem accipiet. MI. Ego 'ne coniugem?
Nec nomen illud, nec etiam ferret animus.
Non mihi satis superq; curæ coniuge ex
Prima relicti liberi pariunt? egon'
Hæreditate propria fraudarem eos?
Propinquitatis cedo iuri. BO. Testor hos,
In huius indicium tuum mihi calceum
Sufficito. MI. Malo incalceatus uiuere,
Quàm coniugem ducere modo, accipe. BO. Viri
Peroptimi, uos testor ipse, quod omnia
Nunc quæ fuerunt Elimelech posſederim, &
In coniugem Ruth duxerim, ut uel suscitem

Demortui nomen, sepultum quod Deus
Sanè esse noluit. PR. Sumus nos eius &
Testes, & arbitri. EV. Deum precor habeat
Muliercula hæc usq; sibi propitia, ut Rachel
Atq; Lya, certe specimina Israeliticæ
Domus euidentia. BO. Hic tuus sermo arguit
Quàm uere id es quod diceris: gratiam habeo
Heus Thaltybi, renunciato celeriter
Isthæc Noemi, quæ dolore ac miseria
Tabescit: illi fueris optatissimus
Legatus, id scio. uiri, quî nam placet
Factum? PR. Rogas? nos sumus id autores tibi.
PH. Speramus ex sene iuniorem modo Boos,
Qui neutiquam à parente degenerans suo,
Rempublicam uita hac magis charam, haud
Quàm rexerit pater, reget. BO. Sæpenumero
Philopolite hoc audiuimus, quod re modo
Ipsa experimur, te esse amicum urbis meæ,
Vt qui precatus fueris illi principem,
Rem publicæ rei salutarem, bonum.
Laudo id ego. Cæterum uiri, negotij
Quicquid mea caussa subistis, postea
Vobis rependam, per Iouem haud sine fœnore.
Veruntamen meis uolo uos nuptijs
Hodie interesse, pro arbitratus præmio.
PH. Suscipimus id libenter. imò hercule decet
Et nos in hac re, & in alia quauis tibi
Generose princeps dare operam. BO. Bene fecisti.

SCENA V.

Noemi. Thaltybius. Ruth.

ITan' ais? uxorem' ne? TH. Maxime. NO. Boos?
TH. Ipsus. NO. Boos ducet meam? TH. Sanè quidē.
N. In coniugē? T. ah, nō credis? hac die. N. hac die?
An quæquam erit Ruth te beatior? uiro
Quæ principi nubes: an & fœlicior
Quæquā me erit? Sed cui hoc bonū acceptū ferā?
Mihi quæ dedi consilium? an huic quæ incipere sit
Ausa? an Deo qui eius gubernator fuit
Rei? Deus bone, obsecro hæc nobis bona
Seruato. TH. Fac serues modum, nimia hercule es.
NO. Tu Thaltybi non exilires gaudio,
Tibi si accidisset simile? Pol sunt fabulæ
Quæ garriunt de Pitana, ego ni uera sim
Pitana. Quam, ut hanc, æquè uiro superstite
Cognoueris fœlicem? at hoc demortuo,
Quæ fuerit infœlicior, uel miserior?
TH. Legationem isthanc obiui hercule lubens:
Vt quem tui miserebat infortunij.
Sed modo tuæ consultum erit miseriæ: ego &
Vicem tuam lætor. Paratote ocyus
Vos, ne moræ sitis, ubi uenerit hodie
Petiturus uxorem. Valete. NO. Thaltybi,
Antiqua si conditio uitæ adhuc staret,
Bene tibi id euangelium iam diceres
Pol fœneratum. TH. Beneuolus placet animus

Saltem ualete. R v. Thaltybi præco uale
Multum, diuq; senties me usq; memorem
Huius. N o. Valeto Thaltybi. Quid dixit hic
Fore filia? R v. Hoc uiro nihil constantius.
N o. Dei id opus est uere. R v. Quis est pot
Quis ditior? quis misericors magis Deo?
Quis humilium magè rationem habet: licet
Cœlestis aut mortalis is fuerit. Deus
Bone, siccine è limo erigis me inopem? et hon
Sit auribus, siccine misellulam euehis
E stercore, ut me nuptui uel principi
Viro dares? παιδάριος quid mater Deo
Dignum occinemus? N o. Filia omni laude h
Superior, absit ut arbitreris laudibus
Te posse respondere munificentiæ
Illius. Hoc certo scio, is me ex inferis
Reuocauit ad uitã. R v. Quî ita? N o. Audies
Per me stetit solam hactenus, sterilem tamen
Me fertilem modo reddidit per te Deus.
R v. Quî scis, utrũ tibi filiũ pariam? N o. Id
Cum fertili uetulus? nihil certius. Ego
Auia ero, ego nutrix, ego gerula, ego: sed
Vt nos paremus in huius aduentum modò,
Præstat. R v. Etiã tempus monet. N o. Sane
Nihil est quod amplius moremini: intus hæc
Mea modo despondebitur. Si etiam quid est
Quod restet, intus transfigetur. Plaudite.

FINIS. HELI.

HELI,
SIVE PAEDONOTHIA,
Tragædia ex primo Samuelis desumpta, Hier. Zieglero autore.

PROLOGVS.

Nactare res sacras nulli uitio dari
Existimo, facie aliqua fabulæ nouã,
Quòd ante nos boni permulti fecerint.
Ollare licere nobis id putauimus,
Illoq; iure uti, quo usi sunt cæteri.
Hanc igitur historiam forma Tragœdiæ
Emittimus. Tamen respondendum arbitror
His, qui frequenter uoce turpi clamitant,
Contaminari non decere res sacras.
Factum: næ intelligendo ut nihil intelligant.
Quòm primũ ego meũ huc animũ ad scribendũ ap
Id mihi negotij credebam nunc dari, (puli,
Ne quid religioni aut aduersum dicerem,
Aut ore maledico pios ut læderem.
Verum quod alijs Plautus, aut Terentius
Placet, nihil moror. latinum est elegans,
Concedo, nec facile fit aliud purius.
Sed Christianum magè semper duxi fore,

Ex

Ex literis sacris, mores discere sacros:
Quod spiritum sanctum testem certissimum
Habeant. Et in profanis turpe luditur
Plerunq;, sed in his ueritas summi Dei
Ostenditurq; sanctitatis symbolum.
Date operam, adeste æquo animo per silentium
Boni pijq; spectatores noscite
Rem ipsam. sed interim, hæc consule lector bo[illegible]

PERSONAE.

Heli summus sacerdos	Theander
Ophni } filij Heli	Deus
Phinees } filij Heli	Samuel
Eleasar	Biniamites nun[illegible]
Iacob	Nurus ipsius He[illegible]
Puer	Obstetrix.
Ioachim.	

ARGVMENTVM.

Duos cum haberet filios Heli senex,
Eos sacerdotes magnos fecit Dei.
Qui compotes uoti, uiuunt prauissimè.
Licentia patris luxuriæ student
Omni, sacra officia frequentes negligunt.
Quos dum pater mansuetior nil corrigit,
Summi grauem Dei incurrit sententiam.
In prælium pergunt contra Philistijm,
Domi manente patre, filij duo.
Vbi, cum malo pugnaretur fato, óccidunt,

Et area fœderis capitur ab hostibus.
Hoc audiens senex, de sella protinus
Retro cadit, ceruicem frangit, turpiter
Vno die moritur pater cum filijs:
Quam sibi tulerunt pœnam negligentiæ.

CHORVS.

Ne inuoluamur cæcitate impiorum, & in æternum pereamus. Ex Psalmo XIII.

CVr nostri Deus oblitus es omnium,
Auertisq; oculos? Respice denuò,
Fac ut uel uideam, uel ferar ante te.
Vrgent me dolor, hinc hostis & impius,
Qui nec consilijs esse sinant locum.
Quanto uexat iners tempore cor labor,
Hostis quam' ue diu me miserum tenet.
Festina, auxilium fer Deus optime,
Accendas niuei lumina pectoris.
Da sublimem animum, quo malus óccidat,
Applaudat' ue nihil hostis atrox sibi.
Nec dicat, super hunc præualui uirum.
Cristas atra dies imminuat suas.
In te semper erit spes mihi libera,
Cor gestitq; meum cum Domino Deo.
Hinc cantabo tuas, concelebraboq;
Laudes, perpetuis dulcibus his sonis.
Viuo namq; tibiq;, & morior tibi.
Quod spiro, & placeo, si placeo tuum est.

ACTVS

ACTVS PRIMI,

SCENA I.

Heli. Ophni. Phinees.

AVdite filij perchara pignora,
Meæ senectutis q; baculum dulcis
Rerumq; successores, atq; nominis
Quos ego Dei solius habeo munere.
Vtinam diu superstites sitis mihi,
Ego senex decrepitus sum, tremulus nimis.
Nec ullus animi, corporisq; mihi uigor,
Imago uisum dubia iam fallit meum.
Nec non paludi Stygiæ morte proximus.
Mortalis æui cardinem extremum premo.
Nil uiribus ualens, nil officijs Dei
Ex usu, & ipsius pondus inutile soli.
Ergo mihi succedetis, nunc tramite
Iusto patris sequimini uestigia pij,
Seruate sacram patris exemplo fidem.
Fungi meo nunc officio uos postea,
Et sancta sanctorum ingredi solos decet.
Lætamini, gaudete gnati, plurima
Vestra est salus: uestrum firmate spiritum.
Dominus ad hoc elegit uos duos Deus.
Eligere Dominus nescit mala, bona deamat.
Quis tam siniſter, qui improbet factum Dei?
Soli super cœlorum aras Dei sacras
Sacrificium offeretis, incensum quoq;

Et ipsum Ephot uestimentum portabitis
Magni sacerdotis, coram domino Deo
Nostro, diebus uitæ uestris omnibus:
Omnia tamen facite Dei ter maximi
Ad gloriam, cuius ministri fueritis.
Cognoscite Dei iudicio quemuis sui
Sceleris nocentem debitas pœnas dare.
Hic iste ueri rector, atq; æui arbiter.
Qui cuncta nutu dirigit, regit, tenet,
Conseruat, & alit multiplici fructu suos.
Est ipse Dominus, cuius aspectum timet
Peccator omnis, iniustus, cumq; improbo.
Ego quia nimis uos amo affectu patris,
Mores tuli uestros mea licentia.
Quicquid placuit unquam facere, copia fuit.
Sumptus dedi, indulgentes ut patres decet.
Amoris in uos maximum regnum fero,
Amoris impatiens uos usq; prosequar.
OPH. Cognouimus pater animum mitem tuum,
Tua adeo nunc opera uiuemus suauiter,
Qui omnia tibi esse post putaris maxime
Præ commodo nostro: famam, peccataq;,
Maledicta, amorem, & si quid aliud maius est,
Id transtuliſti in te, nihil suprà pote.
O quid pater ego te laudem? quid amplius
Dicam? superet id quim uirtus maxima tua.
Ita nos habere præter alios arbitror
Hanc rem, patrem primarum principem artium

Hic neminem magis. Quare pater diu
Viuas tuis: nam nos nemo alius respicit.
PHI. Et nunc pater, quod officiũ spectat sa
Non est quod ipsus sollicitus multum sies,
Neq; dubites, tradita nobis prouincia est,
Spartam sumus nacti munere Dei, & tuo,
Hanc diligenter exornabimus quidem:
Artus perennis dum regit per corpora
Spiritus, & imo pectoris sedet sinu
Mens sana. Nam tibi patri succedere
Nobis datur laudi, ac honori uertitur
Tibi, filios tales tali natos patre.
HE. Recte facitis ô filij, pergite modo
Esse ut cupio, & ut iam cœpistis antea.
Nullus labor durus, nullum tempus graue
Debet uideri, quo beatitudinis
Acquiritur posthæc perennis gloria.
Ite hinc ad officia, nam tempus postulat,
Ne quid uidete desit: nam culpa est grauis,
Summo minus quo fiat sacrificium Deo,
Abite uos, ego mox intro consequar.

SCENA II.

Eleasar.

O qui Deus summam omnium rerum tenes,
Sedes uolubilis cœli cui machina,
Terraq; pedum scabellum speciosa est tuum,
Et qui profundi imperium habes maris magni,
Qui diuidis Titan orbi clarum cauo,

Consider

Considera mortalium res, actaq;
Perpende iustior, nutu dirige tuo,
Tibi sume habenas genitor, & flagrantibus
Loris tribue moderari pectora hæc fera
Mortalium, ne nos in infernum trahant
Scelera grauia hominũ, est quos omnis res penes.
Defende populum: sæuit infœlix amor
Numi, superbiæ, fastus, luxuriæ,
Fraudisq; proximi inuidia gliscens malum.
Quodcunq; nunquam pontus aut tulit nefas,
Aut neq; uidebit isthmos effera, horrida,
Tremenda cœlo pariter, ac terris mala:
Hæc nunc ferunt fluidi huius mundi sæcula
Furore uiolento, ius est quod cui placet.
Non est amor tui Deus, gloria ualet.
Impia regit passim manus, nihil pudet
Quenquam, uoluptas falsa cupientes subit.
O placida quàm diu nimis sunt numina,
O quis futurus est finis mortalium?
Sed tu Deus festina, libera metu,
Et subueni tandem tuo erranti gregi.
Fidum crea pastorem, consilia adiuua.
Et mitte nobis munus ætheriæ domus,
Decusq; regni, spiritum sanctum tuum.
Ecce hic Heli tuus sacerdos maximus,
Tremulus senex, pedibus, manibus & corpore,
Iam qui Israel quadraginta iudex regit
Annos, satis nunc functus officio suo:

In cuius ô Deus locum tibi elige,
Qui nos uoluntatem iustè edoceat tuam.
Et qui ritè opimas ante aras uictimas
Mactetq; thuris aras extruat tibi.
In te Domine speramus solum, tu dabis
Sperantibus sacrum auxilium de alto Syon.
Nunc flecte mentem nostram, pectus aduoca
Antiquum, in unum te nostraq; opera erigo.
Nam iusta sunt tua quæ facis per omnia.
Extingue fortiter nomen peccantium
In te, tuoq; nomini da gloriam.
Sed quid adeò tristem uicinum conspicor?
Et murmurantem ire obuiam solum mihi?
Huc paululum concedam, ut quid uelit sciam.
Oratio hæc: non frustra est, timeo quid sit.

SCENA III.

Iacob. Eleasar.

Heu quò pios deduxit dira calamitas
Hoc seculo, omniumq; perditissimo.
Ita res hominibus commisisse perditis
Nostras, quibus sacrum est, nisi sit utile, nihil.
Quæ hæc cæcitas nostra est? quæ dira nos est
Animum feralis aut quæ Erinnys occupat,
Furiosa regit & uexat semperq; stimulans?
Quò usq; genus humanum illudi patitur sibi?
Heu me parum fœlicem, qui huc uertice niuis
Albo magis peruenerim, uitæ tedet,
Actum est quidem de re præsenti publica.

Hinc uultur, illinc luctifer bubo gemit,
Omenq; triste resonant infaustæ stryges:
Nunc mihi sinistra prædicit de quercu auis,
Et alta cœlo tacta signant culmina,
Et arborum horrent fronde nigrantes comæ.
Quid sit futurum, nam mihi timeo male.
ELE. Hoc quid siet nescio, subueniendum arbitror.
Et nunc peropus est, cum ipso de his aliquid loqui.
Heus heus mane, expecta Iacob, sistas gradum,
Quid tecum ais? cur clamas? quis frendens dolor,
Quæ cura, uel metus sollicitat, dic mihi,
Te? dic, sumus soli, uicinus ego tuus.
IA. Rogas? miser sollicitus ex hoc sum die,
In hunc enim ministri sunt facti Dei
Heli senis peruersi filij, malæ
Vitæ, superbi, auari, mendaces, pigri
Ventres, honesti osores, & pleni mero
Noctes diesq; amatoresq; turpium
Mulierum, & ut ludos taceam fœdissimos.
Igitur boni nihil sperandum, his regentibus.
Rerumq; mœstus finis, & mundi ultima
Sunt tempora hæc. ELE. Siquidẽ tu uera prædicas,
Hem istos ne dicis, quibus haud dissolutius
Vllus quidem uixit, luxu omni perditos?
IA. Ipsos eos, quorum uitam probissimè
Nosti. loco peiore res non esse quit.
EL. Quis igitur illos iussit, aut quis author est?
IA. Nescio, nisi malus genius nobis male

Voluerit, hoc qui hominum induxit prauũ ge
ELE. Quid: olim erat apud priscũ seclum
Mos alius, etiam consuetudo sanctior
Quàm nunc, quibus cordi uerbum Dei fuit.
Cuius loco uentosa nunc superbia
Regnat popellũ qua miserum omnem supp
IA. Rem ipsam tenes. Nunquam tamen uim
Verbum Dei, summiq; patris ueritas.
Sed quod tu ibi speres, profectò nihil erit.
Quos nouimus prauos his uitæ moribus
Viuere, patris nec unquàm uerbis corrigi
Audiuimus. ELE. Neq; à uia puer sua
Recedet, ubi senuerit, quia sibi placet.
IA. Patri tamen dolor stultus fit filius.
ELE. Et quis bonus, nisi puer iam ceperit
Esse bonus, aut flagellum quem domat patris.
IA. Cui filij sunt, illos curet paruulos.
Gloria patris probo de filio uenit.
ELE. Et neq; pater per stultum delectabitur.
IA. Boni parentes generant liberos bonos.
Nam qualis est urbis rector, tales erunt
Qui possident eam, imitatores mali.
Rex stultus omnes perdit subditos citò.
Ve ue parentibus, qui conniuent suis.
ELE. Serò nimis peruersos corrigi uides,
Et difficilè quidem: exemplo sunt mihi duo
Hi filij, quorum delirat & pater
Heli senex, quem commonentem negligunt,

Nec audiunt. rident delirantem senem,
Gaudent iugo à ceruice iam excusso suo.
IA. Et crede refert multum, quo puerum modo
Iam paruulum educas annis melioribus.
ELE. Et quando peruentum nobis adeò est eò,
Edissere breuiter quid sentias in hoc:
Aut qua putes educandos potissimum
Ratione pueros, à primis anniculis.
IA. Etsi mihi longum, iubente te tamen
Faciam breui compendio, quantum potest.
Paterni ubi animi iacta iam sunt semina,
Instatq; partus, non locus, tempus, dies,
Vel astra sunt curanda tibi fatalia:
Necessitant nunquam, sed inclinant frequens.
Dein proxima est cura, ut pater natos regat,
Vt esse genitos nemo non ex se sciat.
Porrò (quod aiunt) mox ab incunabulis
Est pectus informandum rude pueri optimis,
Quæ post suo suppullulant in tempore.
Nam quod semel erit imbutum, diu manet,
Et longum odorem seruat testa tibi recens.
Præceptor insuper gnato quærendus est
Doctus, pius, non corruptus, sed integer,
Longo grauis rerum usu, cui synceritas
Vitæ faciat authoritatis non parum.
Nam clauus in naui nunquam committitur,
Qui genere claro præstat, aut natalibus,
Sed qui fide, & gubernandi scientia

Superat: ita & iuuenilis mens, est protinus
Tradenda, qui uirtutum uincit dotibus.
Nam sæpius qui curem eligis canes,
Auem, aut equum: nihil referre deputans,
Cui filium formandum primò mitteres.
Cum pleraq; ingenia uergant mortalium
Prona in malum, nec tam fœlix ullum fuit
Quod non mala educatione perierit.
Nam si puer apud nutritur stultissimos
Scurras, bibones, aleatores malos,
Inter uoluptatum architectos optimos,
Quid aliud hic discit, uel audit rogo: nisi
Meras uoluptates, luxum, & nugas, quibus
Plenus, scholæ eius sit gnarus discipulus.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
Neq; commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum uitæ suæ modum.
Et scito magnum exemplum continentiæ.
Deniq; satis non est reuocare à turpibus
Animos rudes puerorum, immò quod ad bona
Inuitet inculcandum menti sedulò.
Omnẽ insuper mouendum lapidem esse arbitror,
Ne se sodalitio iungat prauo puer:
Quoniam uoluntas, & iuuentus, uana sunt.

ELE. O dij boni quàm regia educatio.

IA. Sed heus, mane, quod est potissimum uide.
Ante omnia ac primùm infigendum pectoris est
Puero, ne male de uero sentiat Deo,

Sed eius omnia legat dogmata diligens,
Et hæc in intimos cordis fundat sinus.
Quo nil sibi ducat præstantius fore,
Quàm si sacras eius leges ita combibat,
Vt siue dormiat, siue uigilet, nihil
Quàm uerba cogitet pijssimus Dei.
Quod si fit, haud dubium quin uir probissimus
Euadat. & quod ætas posthac postulat
Virilis, id locus, res, tempus commodè
Illum docebit, lege non constringitur.

ELE. Credo. sed ipse quid de filijs Heli
Senis: pater quos nunquàm uerè corrigit.

IA. Et corrigit eos quidem: alio tamen modo
Quàm se decet. nam non uera est correctio,
Sed mala magis, lenis, licens, remissáq;,
Nunquam grauis, nihil seria, semper leuis.
Hæc negligentia corrupti primitus,
Neq; quod bonũ, neq; quod prauũ est dijudicant.

ELE. Rogandus est igitur Deus, quo gratia
Sua benigna adsit, iustus protegat
Reempublicam. IA. Nam ex his est sperandũ nihil,
Quorum scelus nullum non est tyrannicum,
Nam desinit, sed crescit noctes & dies:
Denter eorum similes sunt leonibus.
Pauet animus, artus horridus quaßat tremor,
Quum subit in animum tanti sceleris memoria.
Malus scelus eorum quàm nunc capiat fidem.

ELE. Ipsi uidebunt: atqui accipiet præmium

Eductionis aliquando dignum pater.
IA. Negotij mihi paululum restat domi,
Igitur eo, ne quid me expectent longius.
Vale diu. ELE. Et tu ualeas rursus optime.

CHORVS.

Ex psalmo 8.

Qui regis terras, superumq; cœlum,
Quàm est tuum nomen super uniuerso
Orbe mirandum, meritò eleuatum
Aethera supra.
Ore de infantum tua laus profecta,
Conteras hostem manibus potenter,
Nota sit uirtus Domini, potestas,
Et decus omne.
Ipse si cœlos oculis uidebo,
Solis & lumen, rutilasq; stellas,
Hoc opus mecum, manuum tuarum,
Miror in æuum.
Si facis iustus fabricator illa,
Cur memor nostri? quid homo? quid ætas?
Quid tibi curæ sinis esse multum
Infima rerum?
Qualis est mortalis homo, quòd inter
Res tibi charas statuisti, & ipsum
Inde sublimi decoras corona,
Sospite cursu?
Insuper mundi dominum creasti,

Cuncta

Cuncta quæ uellet sibi subiugando,
Cum boue & capris, pecus omne campi
Nomine frenat.
Et maris pisces, uolucresq; cœli, &
Quicquid in curuo uiget orbe uiuum,
Hic domat solus, dominusq; rerum
Factus in æuum.
Qui regis terras, superumq; cœlum,
Quàm est tuum nomen super uniuerso
Orbe mirandum, meritò eleuatum
Aethera supra.

ACTVS SECVNDI,

SCENA I.

Ophni. Phinees. Puer.

Quàm bene patris consilio eueniunt omnia,
Frater, nihil enim nobis unquam defuit
Optantibus, uoluptatis fit plurimum.
Benignus est pater, beneuolus nos amat:
Ne nos parentis pigeat consili, uide.
Cuius potestas dudum uires suppetat,
Authoritatis multum geminabit scio.
Si confugimus ad hunc, placatos hic sinus
Expandit affectu patris, nec desinit
Amare nos: talem ad cœlum feras patrem
Laudibus, & hunc nobis Deus uetat mori.
PHI. Recte profectò dicis, etiam gratulor
Vtrisq;, ob eius in nos beneuolentiam.

Verùm

Verum neceſe erit principiò, ut dicitur,
Rem perfricata fronte audaciter aggredi,
Ne noſtra nobis obſtet pigra tarditas:
Et plus laboris incumbat, quàm commodi.
Quare puer ſubornandus nobis erit,
Qui noſtra nutu iuſſa capeſſat protinus,
Et quid ſibi faciendum ſiet intelligat.
Heus age puer, quid opus ſit facto denota.
Sim negligis quicquàm, tergo penas dabis,
Virgis nouis cæſus penſabis turpiter.
P V. Quid eſt, mea ars quod uobis efficere
PHI. Tua fide ſola nobis in hac re opus
Erit, labore nullo, tantum induſtria.
Me ergo uide, porrò quid cupiam intelligas.
Ad uictimas quàm primum coctas ueneris,
Manu tridentem fuſcinulam mittito tuam
In teſtam, & ollas: hinc quod optimum eſt
Et tolle tecum deferens, huc in domum
Noſtram, mihi fratriq; in cœnam ſplendidam.
Sed ſi quis prohibet, ui quicquid lubet rapis,
Nil interim uoces cura præſentium.
Hæc noſtra ſunt, hæc fieri mandamus tibi.
Nunc aduoca aſtus, nunc fraudes, omnes dolos
Huc tende, nil timeas, hic ingenio eſt opus.
Fidem alliga mihi iureiurando tuam:
Si peieras, timere quid grauius potes?
P V. Non eſt opus monitore, ſcio quid debeam
Vobis meo ſeruitio, nullos hic metus

Animoſa mens admittit: audet, cum uidet
Gratum eſſe uobis, contra fas, contra nefas
Spoliare, rapere ui, de uictimis Dei.
Quod optimum fuerit carpam, cætera alijs
Æ miniſtris relinquam nolentibus:
Dummodo placet, rationeq; ſtat ſententia,
Et hæc fide qua poſſum curabo optima,
Quo nihil uoluntati ueſtræ deſit modo.
EO. OPH. Ita facito, ne cures quenquam. credito,
Noſtra eſt poteſtas hic faciendi quidlibet.
Et quando bene ſucceſſit, hunc hilarem diem
Summemus, unà curantes probè cutem.
PHI. Huc obuiam nobis uenit: maneamus hic,
Vt collo quamur, & ſalutemus ſemel.

SCENA II.

Heli. Phinees. Ophni.

Hem uos eratis hic, dilecti filij?
Quid fit? quid agitur? PHI. Bene, ſi tu ſaluus ſies.
OPH. Hem mi pater, nunquid tibi, ut dicis, placet
Quod agimus in tuo conſpectu, & omnium?
HE. Bene eſt quod agitis filij, pergite rogo
Eſſe mihi honori, uobis laudi maximæ.
Facite quod ego præmonui, & docui ſedulò.
Sacrificijs adeſte diligentia
Veſtra, Deo ſeruite per omne ſeculum.
Peccata fugite, quaſi de ipſis ſerpentibus.
Et cogitate uos non pueros, ſed uiros

Eſſe:

Esse: hæc dies alios mores expostulat.
Nam quicquid antè fecistis, nil me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, siui lubens
Vt quisq; moribus animum expleret suis.
PHI. Ergo pater te plus quàm oculos amo meos.
Tu gaudium, tu spes uitæ nostræ unica.
OPH. Domum ibimus, si nil uis amplius pater.
HE. Nil nisi mentem uobis dari optimam.
Age age, probè experior quid ego nunc: possim
Agere benignè, & blandè dicere, quia eò
Hæc prouocat dies: ego quoq; à meis
Me cupio amari, & magni pendi postulo.
Si id obsequendo, & dando fit, nunquam fiet.
Partes quidem posteriores. Blandus uocor,
Benignus, & lenis pater. Tum me colunt,
Et prædicant, & usq; in cœlum subuehunt.
Ibo intrò: nam me expectant iamdudum scio.

SCENA III.

Puer.

Probe ædepol curasti commissum tibi,
Lauteq; munus administrasti tuum.
Abi, utrum & seruum frugi te iudico.
Postquam uidebam quod cruor largus pius
Inundat aras sacratis de uictimis,
Nihil loci segnitiæ, neq; socordiæ
Vidi dari, quin hac tridente protinus
Partem meam extraxi, non hercle pessimam:
Quam nunc domum mecum dominis feram meis.

lus: postulant suum. Quid id refert mea,
Cum murmurat populus, aut cum querulus fremit
Illis modo morem geram, mihi erit satis.
Eam nunc meo damno ferè inueni uiam,
Ne mihi fames molesta sit, res pessima.
Domini mei libenter lautè uictitant,
Hæc unde sit curant, adsit modo, sat est.
Eam ego facio lubens, paro conuiuium
De ipso die in diem, genio indulgens meo.
Etsi scio me contra ius facere, tamen
Facio coactus. Imperaui quoq; mihi
Hisce omnia adsentari, quod & uberrimus
Quæstus apud hoc genus hominum deperditum.
Verum quid ego de dominorum uita loquar
Pluma, uel illorum mores describerem?
In omnium ore est, quo modo uiuant: colunt
Venerem, Deires negligunt planissimè:
Cultos foris simulant, Bacchanalia domi
Viuunt: magis promos quàm condos diceres.
Attamen ubi uentum est in publicum semel,
Nihil putares sanctius, nec castius
Illorum didicerunt populo imponere.
Ibo domum, ac me ibi curabo molliter,
Et hunc diem cyathos sorbillans conteram.
Hæc in cœnam coquenda dominis sunt cito,
Ignis fluendus est focus largissimo.

SCENA

SCENA IIII.

Ophni. Phinees. Puer.

Omnia uide coquantur hæc probissimè
Nobis in hanc cœnam. Piscem sed interim
Istum lupum prius pura finito in aqua
Ludere parum: si uenero, exossabitur.
PHI. Quid uult sibi pater suis cum moribus,
Qui nos (quasi necessum siet) usq; admonet
Vitæ piæ, officij, conditionis sacræ?
Et hoc quidem dum uiuet, ad aurem obgannit.
Sera est nimis q;, & frustra castigatio,
Quæ post pubertatis teneræ fit tempora.
Si is illius animi fuit, cur distulit
In hos dies: nam uerba parietibus facit,
Et mortuis loquitur, delirus est senex.
Nunc singulari studio noctes & dies
Gaudentium interturbat nostra gaudia.
OPH. Facit ut senes omnes solent, stulta nimis,
Qui nos putant statim à pueris nasci senes.
Errant mea quidem longe sententia.
Satis mihi fuerit senectæ incommoda
Sensisse, sub Charontis cymba pallidi:
Post aliquot annos sapere sufficit mihi.
Iuuenes sumus, & ætas in prospero statu est.
Vires q; florent, sorte fœlici uigent.
Si fata cogunt, ante tamen ueniunt diem.
Nam si quis ultro se malis offert uolens,
Hic omnia bona perdere est dignissimus. &

Quia nescit uti. Ergo annorum uiuam memor:
Meorem relaxabo, dum per tempus datur.
Curas mihi Bacchus pellat dulcis graues:
Qui bene potest, lætitiæ maximus dator.
Aetate mobili fruar: nam Libitur
Cito pede, nec expectat reges inclytos:
Corrumpit omnem mundi machinam uagi,
Nihilq; stabili gressu permanet suo.
Satis mihi est cana sapientia frui.
Nunc facile pectus est, mens nullis obruta
Curis, seniles nondum sentio gradus.
Hos optimos uitæ dies perdere sinam
Tristi mea uita? nunquàm faciam quidem.
Nam ut sæpe dicitur, decet tristis senem
Frons; lætitia iuuenem, & fouet rectam indolem.
Quid me coercerem rerum molestia?
Quid porro patri auscultarem exangui seni?
PHI. Sine ut hæc dies ueniat, quo moriatur pater,
Tum liberior erit potestas omnium.
OPH. Vtinam quidem, quod cum salute eius tamen
Fiat, ut ita modo decumbat lecto suo,
Vt surgere triduo hoc prorsus nunquàm queat.
PHI. Ita fiat, & si quid possit nunc rectius.
Etiamq; hos dies, ut cœpimus, cupio nimis
In gaudio perpetuos dulci degere.
Quando senuerimus, tunc pœnitebimus.
OPH. Sine euenire quod uolo, uidebimus
Quid alter alteri inseruire possiet.

Nunc est domum nobis eundum, tempus est
Cœnæ: ne corrumpatur illa, cautio est.
Sum nactus ex sententia pisces, uide
Vini optimi copia. PH. Bene est, eamus hinc
PV. At at mihi sunt uerba data. nam quod
Vinum, pedes uicit, luctator pessimus.
Et lingua faucibus pendet. Quid omnis?
Et me bibere plus uini memini sæpius,
Tamen uidebar semper pulchre sobrius.
Hoc nisi sit, ego quod suspicor, aliud genus
Vini fuit: nam uix sex cyathos ebibi.
Dominos uideo meos, dissimulandum est.
Domini, domi uos expectat sodalium
Cohors, & ipsa cœna iam corrumpitur.
Parata sunt omnia, properandum est. o

SCENA V.

Ioachim.

QVanto magis magisq; mecum cogito
Heli profectò filij magnum malum
Dabunt religioniq;, & uitæ publicæ.
Quemadmodum partim stãs hinc procul
Audiui, & oculis his partim uidi meis.
Nam quæ hæc amentia est? puerum plenum
Dominos adhuc madidos hesterna crapula
Eos modo quos hinc abire uidimus.
Sunt hij Dei Christi quæso? O bone Deus,
Hanccine uitam, hoscine mores, hãc domum
Actum esse planè diuinare nunc licet

De his omnibus, solum quibus priuata res
Cordi est magis (dicere pudet) quàm publica,
Hæc omnia minus pessimi præ studio agunt,
Quàm si esset ingens laus, & uera gloria,
Perdere gregem quem sibi Deus concrederet.
Ecce similia sunt omnia, omnes congruunt:
Omnes quidem noris, si unum cognoueris.
Omnes magistro ab uno docti dæmone,
Ex eodem ludo, eiusdem quoq; gregis.
Est sumptuosa domus, & luxu perditi
Sunt filij, serui sequuntur q; dominos:
Senex delirans, ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam.
O scelera, ô hominum mores & pectora,
O uaria, ô cœlum, genera sacrilegaq;,
Hi sunt sacerdotes, quibus hìc omnis salus
Committitur, rei præsentis publicæ?
Adeste, adeste sceleris ultrices deæ,
Comam solutis squalidæ serpentibus,
Atram cruentis manibus amplexæ facem:
Adeste protinus, perdite prauum genus
Radicitus, fundite, rumpite, prosternite
Quicquid relictum erit, procul hinc reicite deæ.
Sua quemq; tantum, me omnium pestis premit.
Vt qui ædificat urbem fœdato sanguine,
Et præparat in iniquitatibus suis,
Circumdabit eum calix Domini dexteræ,
Et uomitus ignominiæ eius per gloriam.

Nam iustum & impium Deus dijudicat,
Et impios uidi sepultos funditus,
Qui etiam cum adhuc hic uiuerent sancto loco
Erant, & ibi laudabantur quasi optimi, &
Operum bonorum effectores sanctissimi.
Verùm quid ego plura anxius dicam? penes
Heli patrem est omnis culpa hæc: ipse uideat.
Hic ille qui corrupit liberos suos,
Connixit omnibus factis turpissimè,
Sumptus dedit frequens, materiam omnis mali:
Et negligens correxit, si correxerit
Tamen: quia id raro factum esse nouimus.
Væ uæ sibi, quod liberis pepercerit.
Nam uisitabit peccatum Deus patris,
In tertium & quartum generis sui gradum.
In his, Dei nullus, uel iustitiæ est amor:
Auidi lucri, imperij, superbiæ, doli,
Fraudis, breuiter ut dicam, omnis pariter mali:
Certant in omne facinus, & pensi nihil
Ducunt, ubi illos animus præcipites agit:
Nefasq́; nullum, per nefas nati, putant.
Illos suæ patriæ nullus tangit pudor.
Nec ulla ratio subditorum ciuium est:
Quos laniant miserè, rapaces sunt lupi.
Idq́; adeò patris mansueto animo factitant:
Cuius licentia deteriores nimis
Facti, reduci nullis uiribus queunt.
Ita fit, ubi (malùm) non uerè uiuitur.

Igitur ne peccent filij, curet pater,
Et uictimas pro illis sacras Deo offerat:
Sed ipse neglexit. Quamuis mea nihil
Refert, adeoq́; nihil curo: doleo tamen
Nostras eò res uenisse, ut si omnes sua
Consilia conferant, atq; huic tanto malo
Quærant salutem, auxilij nil quicquam adferant.
Ibo domum, ut quid facto opus sit consulam.

CHORVS SECVNDVS.

Ex cap. XII. Esaiæ

Tibi confitebor Domine, quoniam iratus es
Mihi furor tamen tuus
Conuersus est: & consolatus me es Deus.
Igitur agam bono omine
Fiducialiter nihil quicquam timens,
Quia fortitudo, meaq́; laus
Es, & in salutem factus maximam mihi:
Meumq́; solus gaudium.
De fonte saluatoris cum lætitia aquas
Exhaurietis funditus.
Illaq́; dicetis die, qui uiuitis:
Inuentiones maximi
Dei, facite notas cunctis mortalibus,
Et confitemini Deo,
Quoniam bonus, iustus, multumq́; misericors,
Et inuocate eius sacrum
Nomen, quod est excelsum super omnia nimis.

Cantate, quia magnifica sunt
Quæ fecit, & mirabilia sancti Dei
Annunciate pluribus.
Lauda, Sionq; exulta: nam in medio tui,
Magnus regit rex Israel.

ACTVS TERTII

SCENA I.

loachim. Heli.

LVcessit, hoc iam cesso pultare ostium
Pontificis, ut ex me, quo pacto filij
Viuant, sciat. quamuis adolescentes quidem
Hoc nolle satis intelligo, & patrem quoq;.
Vicinitas tamen, & mea conuersatio,
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, ut audacter moneam, & familiariter.
Quia mihi uidentur præter ætatem suam
Facere, & honesti rationem, fœdissimè:
Diutius ferri profectò non potest.
Ipsum foras egressum uideo, & alloquar.
Heli sacerdotum princeps, & maxime,
Saluus sis. HE. Et tu, sed quid tam mane injustus
IO. Ita me dij amabunt, ut tuarum miserium
Permaxime fortunarum, quare exeo.
HE. Credo hercle te gaudere, si quid mihi boni
IO. Verùm sacerdotem Dei te maximum,
Virumq; grandæuum, uerbis monere me,
Est turpe: qui domi consilia habes bona.

Sed quicquid ego facio, tuorum caussa fit.
Etiam me tuam uicem dolere credito.
Omnibus amicis, mihi quod est, cupio esse idem.
HE. Sint quos sciã esse animos, sunt quos suspicor:
Sunt quorũ ingenia atq; amicos non possum satis
Cognoscere, inimici, an amici ueniant boni,
Ad me. sed ipse mihi ex amicis optimis
Certissimus uenis. Quare si me improbe
Fecisse deputans, nil accusaueris,
Tuæ ipse eris mihi obiurgandus plurimum.
IO. Etiamquam licebit obiurgare te mihi,
Cui subditus sim, tu dominus unus meus,
Magnus sacerdos. Admonere me tamen,
Ni nesciente te quid sit mali, decet.
Deniq; tuum est bene corrigere, quod sit male.
HE. Proh deum atq; hominũ fidẽ, quid uis tibi? aut
Quid queris? annos nonaginta natus es,
Aut plus eo, ut conijcio, diues & opum,
Seruos habes complures, filios duos
Tamen male eductos, (ut pace mihi tua
Liceat loqui) quos corrigere tuum foret.
Etiam liberos habere nihil est plurimos:
Sed institutos bene, laudi patri datur.
Hæc est satis genuisse, nisi reddas bonos.
Igitur ob hoc maiorem curam habeat pater
In filiorum animis alendis, dum licet,
Quàm corporibus ipsis (quoniam mens corpori
Præstat) quod est officium patris optimi.

Hominis enim laus ex honore patris sui:
Et dedecus, sine honore, filij pater.
Nunquam placebit impius Deo suo,
Et gloriam sapientes possident pij:
Stulti sed exultatio uanus pudor.
Verùm quod ex tam claro genere natus es,
Et filios degeneres tibi produxeris,
Vitio datur tibi, quorum tu sis pater.
Et nunc rogabis forsan me, quid fecerint,
Nequeo tacere enimuero, quos neq; pudet
Quicquam, neq; metuũt quẽquam, neq; legi
Tenere se ullam. Nam illa quæ antehac fáci
Omitto, modo quid 'nam designarint, uide.
Primùm quod est, sacrificio homines detrahunt
Dei, malum ferendum nulliq; penitus:
Hei nescientes officium quám sit graue
Dei sacerdotum. Exemplo quibus forent
Chore, Dathan, Abiron, quos ignis perdidit.
Cur eleuantur populum super eius Dei,
Cuius genus sunt electum, regaleq;,
Gens sancta, uerbiq; sui præcones sacri?
Cum mulieribus, quæ templi obseruant ostium,
Hi dormiunt: quas est nefas uel tangere.
Nam propter mulieris speciem mens franguntur,
Et plurimi pereunt: & ex illis quasi
Ignis rutilus, exardescit animus uiri.
Vitam quis hanc dissolutam ferre poterit?
Nunquam tam mane egredior, neq; tam uesperi

Domum reuertor, hos quin plenos conspicer.
Quod mihi dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ uitæ consuetudinem:
Quæ cuiusq; ingenium, ut sit, declarat maximè.
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Qui diligit epulas, in egestate erit.
Qui uinum amat, nunquam uere ditabitur.
Melior igitur est pauper, & sapiens puer,
Rege sene, stulto quoq;, qui nil quicquam sibi
In posterum cauere melius possiet.
Homini bono in conspectu Deus ipsus dedit
Sapientiam, & scientiam superfluam:
Afflictionem contrà peccatoribus.
HE. Non me sciente fiunt hæc, neq; iusseram
Adeò sed hac de re conueniam illos statim.
IO. Satis uehemens caussa ad obiurgandũ tibi est.
Ea primùm ab illis nunc animaduertenda erit
Iniuria, ipseq; id operam cito dabis:
Hoc est tuum officium, te spectant omnia.
Quin restituis eos, ad frugem corrigis,
Ei rei operam dare fuerat multo æquius,
Si qui probiores facere possis. non quod in
Similem, & eandem accederes infamiam,
Malumq; eorum misceres tuo malo.
HE. Curabo sedulò. IO. Felix sit quod cupis.
Lachrumas mihi excussit, miseretq; eius nimis.
HE. Nec nil, neq; omnia hæc sunt, quæ dicit, tamen
Molesta sunt dici mihi. sed ostendere

Me ægrè pati illi nolui, quamuis bene
Monet. profectò iniuriam faciunt mihi
Hanc filij: tædere credebam omnium.
Sperabam iam deferuisse adolescentiam.
Gaudebã. Ecce autem de integro, nisi quicq;
Volo scire protinus. Sed quos, uideo, uolo.
Et aperiuntur ædes quò ibam commodè.

SCENA III.

Heli. Ophni. Pinees.

QVid audio mali ô filij mei?
Quid agitis? usq; quò quæso nam infantiam
Diligitis, & sequimini quæ sunt noxia
Vobis, mihi, totiq; nostræ familiæ?
Nolite filij, conuertimini ad meam
Correptionem, uobis ipse ego proferam
Huc spiritum meumq;, ostendam oris mei
Verba, patris affectu: solumq; audite me.
O filij obseruate tempus, à malo
Ceu peste deuitetis longius procul.
Ne differatis conuerti ad Dominum Deum.
Subitò uenit, & opinantes nil opprimit.
Namq; ira præceps illius, taciti gradus:
Et uos breui uindictæ perdet tempore.
Nam si in uirum uir quid grauius peccauerit,
Placare ei Deus potest, ueniæ dator:
Si autem in Deum peccauerit, quis ibi rogat
Veniam uiro? nisi detur sola gratia.
OP. Quid igitur est pater? quid tandem fecimus?

HE. Rogas? Dei populum mandata transgredi
Facitis, & ipsis mulieribus operam datis
Turpem: mero pleni omnem uitam uiuitis.
Erratis, animi si me ignarum dicitis
Vestri. nec est quòd me lateat, palàm quod est.
Sumptus in his rebus, quos fecistis, tuli:
Et tempus esse dixi, lusum quoq; satis.
Quæ tum, obsecuti mihi, fecistis ut decet.
Nunc uos eandem in uitam redijstis scio.
Quin dirigite uestras uias in optima,
Et ambulate per uias rectas Dei,
Sic permanebunt actus uestri perpetim:
Sin uolueritis, & permanseritis, ego
Immunis ero, uos ambo perietis tamen,
Et facitis adeò mihi, & omnibus iniuriam.
OP. Nil esse pater istorum, quæ nunc dixeris,
Dabimus quidem iusiurandum: & quid amplius?
HE. Gaudeo ita me dij amẽt: nã uos pariter amo.
PH. Cui est pater tantum ocij de re sua,
Vt curet aliena, nihil quæ ad eum pertinent?
Tu quoq; pater (quod hic dicendum sit tamen)
Es credulus nimium, non laudo, nec oportet.
Iam bis puer, pedem in Charontis cymba habens,
Moueris his dictis prauis mortalium,
Et nos habes propter paucos contemptui.
OP. Namq; hoc studẽt, scio, paternũ animũ tuum,
Vt transmouere possint à nobis quidem:
Quod si futurum est, iam perimus funditus.

Non

HE. Non filij, non sic fiet, credite mihi:
Sed hæc facere uos sedulò tantum uelim,
Quæ essent honori uobis, & laudi Deo.
PH. Nihil pater sit tibi curæ. namq; omnia
Quæcunq; fiunt, recto fiunt ordine.
Nec iure quisquàm possit unquàm conqueri.
Facimus, ad extremum usq; uitæ spiritum.
Quid uis aliud? HE. Vt curetis uestram fidem.
PH. Fit sedulò pater. HE. Valete filij.

SCENA III.

Theander. Heli.

HEus heus Heli, siste gradum, sta, respice.
HE. Quid est? loquere domine, quid uis? ego
TH. Hæc dicit unus cuncta qui regit Deus,
Nunquid locutus sum patris domui tuæ?
Cumq; esset in dementi Aegypto captus, in
Regis domo Pharaonis: illo tempore
Elegi eum ex omni tribu sacra Israel
Mihi in sacerdotem meum, ut ascenderet
Ad sancta sanctorum, sacra munera offerens.
Cur calce uictimam abiecistis pessimi,
Et munera mea, quæ offerri præceperam?
Et magis honorasti ipse, quàm me filios
Tuos, ut omnis primitias sacrificij
Ederent mei populi. Quare Dominus Deus
Ait, locutus sum loquens, ut tua domus,
Tuiq; patris mihi ministraret Deo
In sempiternum, in conspectu sancto meo.

Nunc dicit ipse Dominus, absit hoc procul:
Sed qui me honorificat, glorificabo illum ego.
Ecce uenient dies, ut brachium tuum
Sic præcidam, ut non sit senex tua in domo.
Hoc signum erit tibi, quod ueuturum est tuis
His filijs duobus, Ophni & Phinees:
Vno die morientur ambo turpiter.
Et suscitabo mihi sacerdotem nouum,
Pium & fidelem, seruum iuxta animam meam.
Hic ambulabit mihi coram Christo meo,
Cunctis diebus felix omni tempore.
Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit
Hunc tristius? Deus patiens altissimus
Est reddator: sed in peccatores grauis
Ira illius, dupliciq; pœna respicit.
Sapientiæ est radix, timere modo Deum,
Et illius rami longæui maxime.

SCENA IIII.

Deus. Samuel. Heli.

AVdi Samuel, audi. SA. Loquere domine Deus.
DE. Opera uides Heli sacerdotis, quem ego
Diu uocaui, & extendi meam manum,
Sed ipse renuit cæcus consilium meum,
Denique meas correctiones respuit:
Ecce ego facio uerbum meum hoc in Israel
Vt quisquis audierit, illi aures tinniant.
Illa in die, contra sacerdotem senem

Heli

Heli, malum omne ſuſcitabo percitè.
Quodcunq; ſum locutus ſuper eius domum,
Fiet ſine mora, & complebo, ut dixi antea.
Quod ego ſuam eſſem iudicaturus domum,
Propter ſcelera & iniquitatem eius notiſſ.
Eo quod ipſe nouerat male filios
Agere, nec illos ſeriò correxerat.
Idcirco iuraui domui, in ira mea,
Suæ, nec expietur illa iniquitas
Vllo ſacro munere, nec ullis uictimis.
Qui ſcelere partus eſt, ſcelere pereat gradus.
Sic ego Deus faciam cunctis parentibus,
Qui filijs indulgent, & nil corrigunt.
Peccata eorum de manibus quæram patrum.
Aut hic inopia, aut illic æternaliter.
Abominatio mihi eſt lenis pater,
Et negligentem proprios circa liberos
Vlciſcar hac mea manu grauiſſimè.
Maledictus erit in ciuitate ſua quidem,
Et horreum ſuum cumq; domo corruet.
Maledictus & fructus fiet ſui ſoli,
Omniq; tempore ſuſtineat calumniam,
Et opprimatur hoſtium uiolentia.
Cœlum quod eſt ſupra illum, fiat æneum.
Et terra quam pedibus calcabit, ferrea.
Vita mala paruulorum interficiet eum,
Illumq; proſperitas ſtultorum perditum
Faciet, timorem qui non iuſticit Dei. Domi

A. Domine Deus quis tibi quæſo reſiſteret?
Noui quod es iuſtus, quæcunq; dixeris
Facis. Ego me commendo tibi Deus meus.
Heu mihi, quis horror inceſſit animum meum?
Nunquam Dei ſententiam ulli dicerem,
Multo minus ſeni patri: ni me mala
Premerent grauia, quæ ſunt futura protinus
Heli ſuper, domumq; eius & liberos.
H. E. Samuel ueni meorum dilectiſſime,
Dic quid locutus eſt Dominus tecum Deus?
Oro ne me celes quicquam, quæ dicta ſunt.
Sed ſi mihi ex illis aliquid abſconderis,
Faciat tibi Deus ea, & addat plurima.
A. Irascitur Dominus in te grauiter Heli.
Nec; auferetur de domo tua malum,
Tecum furentes ſceleribus pœnas dabit
Vterq; filius, adeſt mortis terminus.
H. E. Quod eſt bonum in oculis ſuis, faciat Deus.
Ego ſub poteſtate eius ſum, ipſe Dominus eſt.
Fatum ſequar, quò me cunq; ire iuſſerit.
Spes nulla monſtrat rebus afflictis uiam.

CHORVS. III.

Pro magiſtratu & pace publica,
Ex Pſal. 20.

Si caſus metuis graues, uides q;
Sub uita dubia, timore plenus,
Quid poſſis melius? preces q; uota

Summo

Summo funde Deo, iuuabit ipse
Exclusis procul omnibus molestis.
Te ægrum sancta sui umbra subleuabit,
Mittens auxilium sacrato olympo:
Decertaq́; Sionis æde, iustus
Te forti digito tuebiturq́;.
Cui sunt munera grata, quæ dedisti,
Tenebit memoriq́; mente cuncta
Et quicquid petis ipse subministrat,
Cordis consiliumq́; complet omne.
Exultabimus in salute multa,
Ponentesq́; Deo trophæa sancta.
Nam pondus faciet preces habere
Nostras, nomine sub suo potente.
Certus deniq; sum, quod unus ipse
Conseruet, foueat pius suum unctum.
Nam cœlo residens, uocantis audit
Clamorem, unde salus uenit ad imum.
Confidunt in equis, rotisq́; multi:
Nostra autem in Domino Deo manet spes.
Hi uicti siquidem cadent sub armis,
Cum nos pectora celsa stare cernas.
Nobis auxilium Deus fer, audi
Vocem, solliciti cum opem petemus.

ACTVS QVARTI,

SCENA I.

Heli. Ophni. Phinees.

Proh sancta pietas, proh gubernator poli,
Vnde ista rerum subita uenit calamitas?
O filij, uictores sunt Philistijm,
Hominum genus prauum, quo non aliud magis.
Idolatræ, cultores uani dæmonum,
Quibus tamen cadunt omnia fœliciter.
Fortuna fallax abditos sensus gerit,
Animisq́; pulchram turbidis faciem induit.
Quid fiet amplius? mei non sum potens.
Et ipsa nostræ fata cognosco domus.
Nam cæsa sunt quatuor uirorum millia,
Statimq́; totus Israel reuersus est
Ad castra sua, relictis spolijs optimis.
Natuq́; maiores dixere ad inuicem,
Huc afferamus de Silo arcam fœderis
Domini Dei nostri, ut saluet nos de manu
Philistijm. Leuemus arcam, forsitan
Pugnabit illa nobiscum, quoniam in ea
Sunt sancta testimonia domini Dei,
Quæ patribus præscripsit nostris, sancto
In monte Oreb, post Aegypti longam fugam.
Igitur uoluntati patrum resistere
Non licet. & ipsa res agitur hic publica.
Quare sacra mittamus arcam proximè
In castra nostrorum quidem popularium,
Quo de manu salui fiamus hostium.
Vos ite filij, itineriq́; accingite,
Vestrum est opus, munusq́; sacerdotum pium.

Parate cuncta quæ necessaria fore
Putatis, ut quamprimum fiant liberi.
Per uos, metuq; soluantur nulla mora.
OPH. Tuum pater mandare, nostrum est fer
Mandata, quod probos decet nos filios.
Ibimus, & hanc diuinam rem iuuabimus
Pro uiribusq; fortiter pugnabimus
Ad gloriam Dei: is uictoriam dabit
Populo suo Israel. cuius sunt in manu
Mortalium consilia, quò uult dirigit.
PHI. Ergo pater tu solus hic manes domi
HE. Maneo, uir exanguisq; bello inutilis.
PHI. Igitur Deum precare. namq; illum uto
Certo scio, quo uir melior multo es quidem
Quàm nos sumus, ita obtemperaturum magis
Vt omnia ex sententia nostra cadant,
Saluiq; tibi redeamus ambo propediem.
HE. Vtinam citò, sed cum uestra uictoria.

SCENA II.

Heli.

Huc huc pias & duplices palmas tendite
O Israelitæ, in cœlum, pro gratia.
Nam barbari has segetes habebunt mitem
Agros quibus miseri nostros conseuimus.
En huc malorum nos duxit discordia:
Armatus accedit miserescere nescius
Hostis, timendus quo non est alius magis.
Hæc nostra franget uictor, hæc spolia auferet.

Victosq; ducet cum pueris, ipsos senes:
Matres ab ipso coniugum raptas sinu
Genus catena miseras imposita trahet.
Hoc, nostraq; bona Martijs telis petet,
Flammisq; tecta, & exiguo trudet lare:
Nisi ueniat è sublimi uictoria
Cœlo, suumq; populum respiciat Deus.
Quin hostibus uirtute uestra obsistite,
Patricie ugum, libertatem defendite:
In seruitutem cadere de regno graue est.
Nec interim timendus multitudine
Hostis sua, ad disperdendas leges patrum,
Qui nunc uenit: uerùm fortes pugnabimus.
Dominus Deus sub nostris manibus conteret
Eos, & in facie eorum nos liberat.
Adsunt manu fortissima, dudum stetit
Acies in armis: æra iam bellum cient,
Diramq; pugnam signifer motus uocat.
Accingimini, & estote uiribus uiri.
Quoniam melius est infausto bello mori
Nos, quàm uidere gentis Israel mala.
Clamemus in cœlum, & nostri miserebitur
Deus, memorq; fiet fœderis sui,
Sanctiq; testamenti, quod cum patribus
Nostris prius fecit. Dabit pacem omnibus
Sperantibus. fidelis est Dominus Deus,
Nec derelinquet electum populum suum.
Sed ecce prodeunt cumq; arca filij:

Laudate Dominum omnes gentes, psallite D
Quoniam super nos eius misericordia.
Pergite uiri, nec ulla uos frangat mora.
Dominus manus ducat uestras ad prælium,
Pugnetq́; pro uobis Deus, dux sanctior.

SCENA III.

Iacob.

Heu quid mali futurum miseri cernimus.
O terq́; quaterq́; beati, quîs contigit
Antè ora patrum oppetere, Mose sub duce,
In inuio deserto, æstu grauissimo.
O Israel, tui appropinquat seculi
Finis. Quid autem magne regnator deûm
Tam lentus audis scelera? tam lentus uides?
Ecquando sæua fulmen emittes manu?
Aut quando peccatum contra te erit satis?
Nemo tui curam gerit planissimè.
Illi, penes quos omnis est authoritas,
Cunctis mala imitandi uitæ exempla exhibent.
Nunc quum foret pugnandũ aduersum nim bo
Commissa ratio est belli perditis uiris,
His qui tui arcam fœderis secum ferunt,
Homines quibus sacri nihil quicquam placet,
Contemptui quibus populi tui est salus.
Te te creator cœlitum testem inuoco,
Qui cordium scrutator es mortalium,
Actum est, perijt omnis res nostra publica.
Videor uidere illum diem, quo 'nam simul

Labem hanc pudoris eluet noster cruor.
Hinc me paternis laribus expellit timor.
Quæ posse fieri non putem, metuam tamen.
Cuncta expauesco, meq́; non credo mihi.
In nos aliquid iam fata moliri parant.
Nam quid rear, quod generi isti deperdito
Commissa sit, non bene, res omnis bellica.
Omnes graui quidem reseruamur malo.
Proh misera pietas, eloqui fatum pudet.
Nos tandem eò deuenisse miseriæ dolet,
Vt sit periculum uitæ: res nil moror,
Si modo liceret aliquo pacto uiuere.
Est pauperi res, uita quoq́; suauissima.
Sed proh dolor, sic nos fortuna circumagit,
Imperia sic excelsa fortunæ subiacent,
Vt nulla spes miseris reliqua nobis siet.
Vtcunq́; tamen euenerit, fatum feram.
Haud est uirile terga fortunæ dare,
Aut ante tempora extrema animo deijci:
Viuis quidem sperandum, dum spirant, erit.
Sed quid ego frustra has rationes hic deputo,
Cum nemo sit cui res cordi uere siet:
Vestro tamen damno, & serò uidebitis
Aliquando, stultum opportuna locutum uirum.

ACTVS QVINTI,

SCENA I.

Biniamites nuncius.

Obsecro populares auxilium mihi
Ferte, miseroq; subuenite inopi statim.
Quisquis ades hic, meas quærelas pendito,
Miserere nostri, & nunc uoces placidus pias
Patiens q; recipe, mitius lapsum preme.
Misero datur, quodcunq; fortunæ datur.
Audite maria, tuq; terra audi hoc seclus,
Audite quicunq; superestis: protinus
Audi domus Dei, gens sanctaq; reliqua,
Tibi sum relictus, sola tu miserum uides.
Pro me nihil precabor, sed uerum fero.
Israel cecidit, heu flebili leto occubat.
Euersa domus est funditus, regna occidunt.
Millia uirorum triginta iam cæsa sunt,
Et arca Domini capta sub manu hostium est.
In qua una erat spes constituta militum.
O sæculum infelix, infausta ô dies:
O hora maledicta diei, in qua pugna erat.
O nulla longi temporis fœlicitas.
Etiam ille adhuc me terror attonitum mouet.
Vocem dolori lingua luctifica negat.
Quoniam salus uno perit Israel die,
Omne refugium abijt, iacet spes omnium
Nec proloqui datur quæ sors quassam domum
Dei aggrauet, quibus tristetur luctibus.
Postrema passa fata nunc prosternitur.
Fugiens scelestas hostium euito manus,
Vix quoq; manus effugi solus hostium

Philistijm impiorum, bene pugnantium.
Nam uulnera impresso properans ferro dedi,
Et uulneratus uitam defendi fuga.
Defenda lachrymis funera, ac populi strues,
Infesta, genti strage tam latè edita.
Nulli pepercit ætati uis hostium,
Miserabilis strages facta est populi Dei,
Vlulatus ingens, & clamor cadentium
Horrendus, in cœlum tristis uox personat.
Manans cruor campos inundat turpiter,
Et membra prosternuntur hic miserrimè
Nihil loci sepulturæ relinquitur,
Auium cibus uirorum fiunt corpora,
Et ore lacerantur ferarum turpium.
Quid agimus Israelitæ, nihil amplius
Spei relinquitur, consilij quit nihil
Consistere in turbato nimium pectore.
Nescitur Deus, nec est finis suæ
Iræ super nos, augescit sed indies.
Peccauimus, & iniquitatem fecimus
Cum patribus nostris, nec qui miseretur est,
Nisi tu Deus peccata grauia remiseris.
Age pœnitentiam quisquis homo uixeris,
Corpus tuum sacco, & cinere caput reple,
Ieunio trium dierum quoq; uaca,
Atq; macera carnem pro peccato tuam,
Quis scit an ipse misereatur tibi Deus.
Aliquando tempus ueniet, ac fœlix dies,

Defensor Israel quo descendat Deus,
Et de manu nos inimicorum uindicet,
Si perseuerat hostis ita, perimus, &
Iam funditus nostrum nomen delebitur.
Scio quò feratur, quanta moliri paret,
Ideoq; timeo, sed uos nihili ducitis.
Pectus mihi meum, magna præsagit mala
Cladis futuræ, quasi sit hæc non maxima.
Sed tu Deus facilè impij belli minas
Auertere unus, tuq; uæcordes potes
Inhibere inimicos, ciuibus pacem dare,
Patriæ quietem, uictis uitamq; miseris.

SCENA II.

Heli. Nurus. Obstetrix. Puer.

Quid est, quod omnes passim uelociter gradu
Hinc inde cursitant? non frustra est, quicquid ibi
Heus aduocate puerum, ut quid nam sit sciam.
Audi obsecro tu mea nurus, tuq; obstetrix,
Quis urbis hic clamor, uel quæ nam calamitas?
Nouum malum timeo, nec aberit longius.
Vlulant, tremunt, plorant, clamantq; plurimi.
Nihil boni mens mea præsagit certior.
Abi roga quid sit, redi uelociter.
NV. Hem mi pater, sursum deorsumq; omnia
Verti uideo, uæ miseræ fœminæ mihi.
Pol non sum apud me, curriculo curre obstetrix.
Vide quid hoc siet. OB. Puer adest tibi statim.

NV. Hẽ quis dolor, tremor manuũ, quis mihi timor
Incessit animum, uel quis horror me mihi
Abstulit, ut omnino animi uix compos siem.
Ah hoc misera sollicita sum nimis die,
Aut uir meus mortuus est, aut exercitus
Omnis fugatus est. PV. Venit uir aduenæ
Modò, caput nudus, sciissisq; uestibus,
Sanguine nimis miserè conspersus undiq;,
Affluens alto per caput uulnere suum.
Is nescio quid clamitet, nam omnes timent
NV. Ah aduoca pater hominem, quo protinus
In rebus afflictis, salutem quærere
Liceat, priusquam pereamus morte miseri.
HE. Serum est cauendi tempus in medijs malis:
Lacrimarumq; timere est, cum speres nihil.
Nam magna lachrymis pars adhuc nostris abest.
Exeat, atq; conuocetur huc statim.
Bene cogitata respiciat summus Deus.
Ergo puer, illumq; huc celeri deduc gradu.

SCENA III.

Biniamites nuncius. Puer.
Heli. Nurus. Obstetrix.

Quis mihi sacerdotis demonstrat maximi
Aedes Heli, ut de me primus casum sciat
Israel grauẽ? PV. Hospes ego te quærito frequens.
BI. Quid est? PV. Senex Heli te conuentũ expetit.
BI. Ubi sum puer, duc me. P. Sequere. B. permaxime.

HE. Huc mihi feras sellam, sedebo paululum:
Nam stare donec ueniat hospes, mihi tædium est.
NV. En mi pater, adest illic. horresco intuens.
HE. Videre prorsus nequeo, uisus deficit
Me, huc aduoca. PV. Hic est quem quæsisti sedulò.
BI. Ego sum ille qui de acie fugi celerrimè
Ex prælio. HE. Quid actum est, dic fili mihi:
Clades ne metuas fortiter fari asperas,
Non imparatum pectus ærumnis fero.
Dic mihi quid actum sit, ueri nihil nega.
BI. Fugatus Israel, coram Philistijm
Cecidit graui pugna, ruinaq́; maxima
Facta est, & insuper duo filij tui
Sunt mortui, pugnantes fortiter prius.
Primò cecidit Ophni: Phinees tardior,
Conuersus ad pugnam truci uultu ferox,
Stat intrepidus, & neq; tulit retrò gradum.
Ferrum ut latere dextro eius, hostis abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
Per uulnus ingens. Nec tamen moriens adhuc
Deponit animum: cecidit, arcam continens
Forti manu premit, sed frustra: fortior
Hostis, Dei arcam morienti sibi abstulit.
Sic arca capta est cito malis ab hostibus.
HE. De filijs, & me prophetauit quidem
Theander, ut moriamur simul uno die.
De arca nihil dictum tamen fuit. quid hic
Possum? ecce perijt Israel, quoniam ab eo

Ablata

Ablata iustitia. uæ misero mihi seni.
BI. Quid tibi pater? ceruicem fregit, tollite.
NV. Ah differor doloribus, iuua, iuua.
O obstetrix iuua, morior doloribus.
Summe Deus ô pater, cœlorumq́; arbiter
Serua, mei miserere, opem fer obsecro.
OB. Ah mea feras patienter, nam tibi natus est
En filius. melius igitur spera fore.
NV. Ah quid misera dicã? morimur nunc quattuor
Vna pro anima, socer, leuir, maritus, &
Ego mulier. uæ mihi, spiritus ah deficit.
OB. O sors acerba & dura, famulatus grauis,
Cur te ad nefandos nuncium casus uocat?
Cur huc uenire optasti, causa omnis mali?
En mortui senex, nurusq́; eius, iacent:
Quos tu peremisti hoc infausto nuncio.
O dira fata numinum, ô sæuus furor.
Sic ad patrem gnatorum mors uoto redit.
Bellũ peractum est. Quò meas lachrymas feram?
Nurum, an senem, duos uel filios fleam?
An omnia? an me? sola mors uotum meum.
Et hanc anilis expuam leti moram.
Vitæ meæ tædet, uideo stabile nihil.
Iacent perempti turpiter, quos antea
Eximia dignitas, alto sub limite
Tulit, rigida nimis uicißim mors premit
Inglorios, pedibus subiecit hosti um.
Hæc superbæ dubia fortunæ alea:

Cui

Cui quisquis aut fidit, stultus uel credidit,
Dignus malo quouis, & infortunio.
Huc exanime corpus uehite mecum uiri,
Patefacite acerba cæde funestam domum,
Quò mortuorum corpora ferantur statim.
Nam quid boni speremus, non est amplius,

CHORVS V.

Horam mortis non esse timendam, quod omnium certissima sit. Ex Eccles. cap. 41.

Heu quàm grauis res est mori mortalibus,
Memoriaq; mortis pallidæ
Amara, pacificè uiuentibus uiris,
Rebus quietis omnibus:
Et qui ualent sani suos capere cibos,
Quibusq; deficit nihil.
Contrà bonum iudicium, ô mors, est tuum
Homini indigenti pluribus,
Et uiribus languenti, tremulo corpore,
In ultima ætateq; sua,
Nihilq; credenti, uel qui spem perdidit,
Nec quid futurum prospicit.
Noli timere mortis iudicium graue,
Aequo regit pede omnia.
Sed & priorum, quos nunc tartarus premit,
Et ultimorum memineris.
Quia hoc erit iudicium æquum carni tuæ, Quod

Quod protulit iustus Deus.
Et quid recusas in beneplacito Dei
Altissimi, cui debeas,
Siue tibi sint decem, siue anni centum erant,
Aut mille, uel quàm plurimi:
Nil nisi cinis es, & umbra terræ futilis,
Et terminus uitæ breuis.
Nec est in inferno uitæ accusatio.
Viuas igitur mortis memor:
Et sic in æternum non peccabis quidem,
Dum cogitas nouissima.

FINIS.